Notes du mont Royal
www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΒΙΟΣ.

FLAVII IOSEPHI VITA,

Sigismundo Gelenio interprete.

MIHI igitur genus est non obscurum, sed longa serie ductum à sacerdotibus; & sanè quemadmodũ apud alios aliq nobilitatis rationes cẽsentur, ita apud nostrates ius sacrorum habere argumentum est illustris originis. ego autem non solùm ex sacerdotum oriundus sum genere, verum etiam ex vice prima inter viginti quatuor illas, quas inter non mediocre discrimen est. quin & ad regium genus per matrem pertineo: quandoquidem Asamonæorum familia, ex qua illa prognata est, tempore longo regnum simul & sacerdotium in gente nostra obtinuit. nunc ipsam seriem propagationis pertexam. Atauus mihi fuit Simõ Psellus cognomine, quo tempore Hircanus Simonis pont. filius eius nominis primus summum sacerdotium tenuit. is nouem filios habuit, & in his Matthiam Aphliæ cognomine. hic ex Ionathæ summi pontificis filia Matthiam Curtum suscepit, primo anno Hyrcani principis. ex eo Iosephus progenitus est anno regni Alexandræ nono: qui Matthiam genuit annum decimum regnante Archelao. is porrò me genuit imperij C. Cæsaris anno primo, ipse autem filios habeo tres: quorum Hircanus maximus, natus est anno quarto Vespasiani principis, deinde septimo Iustus, nono Agrippa. atque hanc generis nostri successionem, vt est in publicas tabulas relata huc transcripsi, parui faciens improborum calumnias. Matthias autem meus pater, non nobilitate solùm, sed multo magis iustitia fuit celebratus, cuius nomine totis quã ampla sunt Hierosolymis innotuit. ipse à puericia cũ Matthia eisdem parẽtibus nato incumbens disciplinis egregiè profeci, visúsque sum intellectu & memoria præcellere: ita vt iam tum quartumdecimum annum agens laudem consecutus ex literarum studiis etiam à pontificibus & vrbis primoribus de penitiori legum sensu consuleret. sextumdecimum deinde ingressus decreui nostratium sectarum gustum aliquem capere, quas tres esse diximus, Pharisæorum, Sadducæorum, & Essenorum: sic enim faciliorem delectum fore putabam, si omnes cognoscerem. itaque duro victu & magno labore per omnes tres transij:

ΕΜΟΙ ὁ γένος ὄστιν οὐκ ἄσημος, ἀλλ' ἐξ ἱερέων ἄνωθεν καταβεβηκός. ὥσπερ δὴ παρ' ἑκάστοις ἄλλη τίς ὄστιν εὐγενείας ὑπόθεσις, οὕτω παρ' ἡμῖν ἡ τῆς ἱερωσύνης μετουσία τεκμήριον ὄστι γένους λαμπρότητος. ἐμοὶ δ' οὐ μόνον ἐξ ἱερέων ὄστι τὸ γένος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς πρώτης ἐφημερίδος τῶν εἰκοσιτεσσάρων· πολλὴ δὲ καὶ τούτῳ διαφορά. ὑπαρχῶ δὲ καὶ τοῦ βασιλικοῦ γένους ὑπὸ τῆς μητρός. οἱ γὰρ ἀσαμωναίου παῖδες ὧν ἐκεῖνος ἐκείνη, τοῦ ἔθνους ἡμῖν ὄντι μάκιστον χρόνον ἀρχιεράτευσαν καὶ ἐβασίλευσαν. ἐρῶ δὲ τὴν διαδοχήν. ὁ πρόπαππος μοῦ ἐμοὶ σίμων ὁ ψέλλος ὀνομαζόμενος. οὗτος ἐγένετο κατ' ὃν καιρὸν ἀρχιεράτευσεν σίμωνος ἀρχιερέως ὁ παῖς, ὃς πρῶτος ἀρχιερέων ὑρκανὸς ὠνομάσθη. γίνονται δὲ τῷ ψέλλῳ σίμωνι παῖδες ἐννέα. τούτων ὄστιν εἷς ματθίας ὁ ἀφλίου λεγόμενος. οὗτος ἠγάγετο θυγατέρα ἰωνάθου ἀρχιερέως, καὶ γίνεται παῖς αὐτῷ ματθίας ὁ κυρτὸς ὀνομασθείς, ἄρχοντος ὑρκανοῦ τὸν πρῶτον ἐνιαυτόν. τούτου γίνεται ἰώσηπος ἑκάτῳ ἔτει τῆς ἀλεξάνδρας ἀρχῆς, καὶ ἰωσήπου ματθίας βασιλεύοντος ἀρχελάου τὸ δέκατον. ματθίᾳ δὲ ἐκ τοῦ πρώτου τοῦ γαΐου καίσαρος ἡγεμονίας. ἐμοὶ δὲ παῖδες εἰσὶ τρεῖς, ὑρκανὸς μὲν ὁ πρεσβύτατος ἔτει τετάρτῳ τῆς οὐεσπασιανοῦ καίσαρος ἡγεμονίας, ἑβδόμῳ δὲ ἴουστος, ἑκάτῳ δὲ ἀγρίππας. τὴν μὲν οὖν τοῦ γένους ἡμῖν διαδοχὴν ὡς ἐν τοῖς δημοσίαις βίβλοις ἀναγεγραμμένην εὗρον, ὅτως ἔθετο, τοῖς διαβάλλειν ἡμᾶς πειρωμένοις χαίρειν φράσας. ὁ πατὴρ δέ μου ματθίας οὐ διὰ μόνην τὴν εὐγένειαν ἐπίσημος ἦν, ἀλλὰ πλέον διὰ τὴν δικαιοσύνην ἐπωνύετο, γνωριμώτατος ὢν ἐν τῇ μεγίστῃ πόλει τῶν παρ' ἡμῖν τοῖς ἱεροσολυμίταις. ἐγὼ δὲ συμπαιδευόμενος ἀδελφῷ ματθίᾳ τοῦ αὐτοῦ γεγονότι γάρμου γνήσιος ἐξ ἀμφοῖν τοῦ γονέων, εἰς μεγάλην παιδείας προέκοπτον ὑπόδοσιν, μνήμη τε καὶ συνέσει δοκῶν διαφέρειν. ἔτι δ' ἄρα παῖς ὢν περὶ τεσσαρεσκαιδέκατον ἔτος διὰ τὸ φιλογράμματον ὑπὸ πάντων ἐπηινούμην, συνιόντων ἀεὶ τῶν ἀρχιερέων καὶ τοῦ τῆς πόλεως πρώτου, ὑπὲρ τοῦ παρ' ἐμοῦ περὶ τοῦ νομίμων ἀκριβέστερόν τι γνῶναι. περὶ ἑκκαιδέκατον ὄντα ἐγὼ ἐπιθυμῶν τοῦ παρ' ἡμῖν αἱρέσεων ἐμπειρίας λαβεῖν. τρεῖς δ' εἰσὶν αὗται, φαρισαίων μὲν ἡ πρώτη, καὶ σαδδουκαίων ἡ δευτέρα, τρίτη δὲ ἡ ἰσσηνῶν, καθὼς πολλάκις εἴπομεν. ὅτω γὰρ ᾠόμην αἱρήσεσθαι τὴν ἀρίστην, εἰ πάσας καταμάθοιμι. συλλεγαγόντος γοῦν ἐμαυτὸν καὶ πολλὰ πονηθεὶς, τὰς τρεῖς διῆλθον καὶ μη-

καὶ μηδὲ τοῦ ἐντεῦθεν ἐμπειρίας ἱκανοῦ ἐμαυτὸν νομίσας εἶναι, πυθόμενός τινα βασιλεῦ ὄνομα καὶ τὴν ἐρημίαν διαζῆν, ἐφ' ἧπερ μὴ ὑπὸ δένδρων χεόμενον, φυτοῦ τοῦ αὐτομάτως φυομένου, ψυχρὸν τε ὕδατι τὴν ἡμέραν καὶ τοῦ νύκτα πολλάκις λουόμενον πρὸς ἁγνείαν, ζηλωτὴς ἐγενόμην αὐτοῦ, καὶ διαζεύξας παρ' αὐτὸν ἐνιαυτοὺς τρεῖς, καὶ τοῦ βουλόμενον πολιτεύσασθαι, εἰς τὴν πόλιν ὑπέστρεφον. ἐνιαυτὸν δὲ καὶ δέκα ἔτη ἔχων, ἠρξάμην τε πολιτεύεσθαι τῇ φαρισαίων αἱρέσει καταλαβόντων, ἣ φιλοπλήσιός ἐστι τῇ παρ' ἕλλησι στοικῇ λεγομένῃ. μετ' εἰκοστὸν δὲ καὶ ἕκτον ἐνιαυτὸν εἰς ῥώμην μοι συνέπεσεν ἀναβῆναι διὰ τοῦ λεχθησομένου αἰτίαν. κατ' ὃν χρόνον φήλιξ τῆς ἰουδαίας ἐπεστάθει, ἱερεῖς τινάς συνήθεις ἐμοὶ καλοὺς κἀγαθοὺς διὰ μικρὰν καὶ τοῦ τυχοῦσαν αἰτίαν δήσας εἰς τὴν ῥώμην ἔπεμψε, λόγον ὑφέξοντας τοῦ καίσαρος. οὓς ἐγὼ πόρον δοῦναι βουλόμενος σωτηρίας, μάλιστα δὲ πυθόμενος, ὅτι καίπερ ἐν κακοῖς ὄντες οὐκ ἐξελάθοντο τοῦ εἰς τὸ θεῖον δυσσεβείας, διαζέφοντο δὲ σύκοις καὶ καρύοις, ἀφικόμην εἰς ῥώμην πολλάκις κινδυνεύσας κατὰ θάλασσαν. βαπτιζόντος γὰρ ἡμῶν τὸ πλοῖον κατὰ μέσον τὸν ἀδρίαν, περὶ ἑξακοσίους τὸν ἀριθμὸν ὄντες, δι' ὅλης τοῦ νυκτὸς ἐνήξαμεθα. καὶ περὶ ἀρχομένην ἡμέραν ὑπιφαινόντος ἡμῖν κατὰ θεοῦ πρόνοιαν, κυρίωνα ἑωθινοῦ πλοίου, φθάσαντες τοῖς ἄλλοις ἐγώ τε καί τινες ἕτεροι ὀγδοήκοντα σύμπαντες ἀνελήφθημεν εἰς τὸ πλοῖον. διασωθεὶς δὲ εἰς τὴν δικαιαρχίαν, οὗ ποτιόλοις ἰταλοὶ καλοῦσιν, διὰ φιλίας ἀφικόμην ἀλιτύρῳ, μιμολόγος δὲ οὗ ὄνομα κάλλιστα τοῦ νέρωνι κατεθύμιος, ἰουδαῖος τὸ γένος, καὶ δι' αὐτοῦ πομπηΐᾳ τῇ τοῦ καίσαρος γυναικὶ γνωσθεὶς, πρόσω ὡς τάχιστα παρεκαλέσας αὐτὴν τοῖς ἱερεῖς λυθῆναι. μεγάλων δωρεῶν πρὸς τὴν διεργασίαν ταύτην τυχὼν παρὰ τῆς πομπηΐας, ὑπέστρεφον ὅθεν τὴν οἰκείαν. καταλαμβάνω δὲ ἤδη νεωτερισμοὺς ἀρχάς, καὶ πολλοὺς ὅθεν τῇ ῥωμαίων ἔθνος ἄσει μέγα φρονοῦντας. κατασκέψειν οὖν ἐπειρώμην τοῖς σασκώδεις καὶ μεταγνῶναι ἐκεῖθεν ποιησάμενος πρὸ ὀφθαλμῶν, πρὸς οὓς πολεμήσουσιν, ὅτι ῥωμαίων οὐ κατ' ἐμπειρίαν μόνον πολεμικὴν, ἀλλὰ καὶ κατ' δυτυχίαν ἐλαττοῦνται καὶ μὴ προπετῶς καὶ παντάπασιν ἀνόητος πατρίδι καὶ γονεῦσι καὶ σφίσιν αὐτοῖς τὸν περὶ τῆς ἐσχάτου κακῶν κίνδυνον ἐπάγειν. ταῦτα δὲ ἔλεγον καὶ λιπαρῶς ἐνεκείμην ἀποτρέπων, δυσχέστατον ἡμῖν τοῦ πολέμου τὸ τέλος γνήσεσθαι προορώμενος. οὐ μὴν ἔπεισα, πολὺ δὲ ἡ τοῦ ἀποστοιθήσαντος ἐπεκράτησε μανία. δύσας γοῦν μὴ ταῦτα συνεχῶς λέγων διὰ μέσου ἀφικόμην καὶ ἱερεῖας εἰς τὰ τοῦ πολέμου φρονῶν, καὶ κινδυνεύσας λοιφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ἀναχωρεῖν, ἐχομένης ἤδη τῆς ἀπωνίας ὅπερ οὐ φοβούμενον, εἰς τὸ ἐνδοτέρω ἱερὸν ὑπεχώρησα. μετὰ δὲ τὴν ἀναίρεσιν μακαρίου καὶ τοῦ πρώτου τοῦ ληστρικοῦ σίφους, ὑπεξελθὼν τοῦ ἱεροῦ πάλιν τοῖς ἀρχιερεῦσιν καὶ τοῖς πρώτοις τοῦ φαρισαίων συνδιέτριβον. φόβος δὲ οὐκέτι μέτριος εἶχεν ἡμᾶς ὁρῶντας, τὸν μὲν δῆμον ἐν τοῖς ὅπλοις. αὐτοὶ δὲ ὄντες ἐν ἑτέρῳ τὴν ποιησόμεθα, καὶ τοὺς νεωτερίσαι παύειν οὐ δυνάμενοι, πρὸς δήλου δ' ἡμῖν τοῦ κινδύνου παρεστῶτος, συγκατάθεσιν μὲν αὐτοῖς τοῖς γνώμαις ἐλέγομεν, συνεβουλεύομεν δὲ μένειν ἐφ' αὐτοῖς, καὶ τοὺς πολεμίους ἀπελθόντας ἐᾶν, ἐλπίζοντες οὐκ εἰς μακρὰν χρόνον

ac ne hac quidem experientia contentus, cum audissem Banum quendam in Solitudine viuere, amictum sibi parantem ex arboribus, & sponte prouenientibus alimentis vtentem, crebrisque nocte ac die lauacris frigidis ad castitatem tuendam, cœpi eius institutum imitari exactisque in eius contubernio tribus annis, postquam concupitis satis potitus sum, in vrbem redij. Iámque vndeuiginti annos natus ciuilem vitam aggressus sum, addictus Pharisæorum placitis, proximè ad Stoicam apud Græcos sectam accedentibus. Post annum verò ætatis sextum supra vigesimum Romam mihi proficisci contigit ob causam hanc. Quo tempore Felix in Iudæa procurator erat, sacerdotes quosdam mihi familiares, viros honestos & bonos, ob leuem quandam culpam vinctos Romam misit, acturos causam suam apud Cæsarem. quos vt aliquo pacto eriperem periculo, præsertim cùm auditem, ne in calamitate quidem constitutis curam pietatis excidisse, & ficis ac nucibus eos vitam sustentare, veni Romam multis in mari exhaustis periculis. mersa enim nostra naue in medio mari Adriatico, circiter sexcenti per totam noctem natauimus, & diluculo demum Cyrenaicam nauem Deo fauente conspicati, octuaginta fermè nostrûm feliciore vsi natatu in eam recepti sumus. ita seruatus Dicæarchiam, siue Puteolos, vt Itali vocare malunt, familiaritatem contraxi cum Alituro mimorum actore, qui Iudæus genere Neroni carus erat: per quem vbi Poppeæ vxori Cæsaris innotui, confestim per eam impetraui absolutionem illis sacerdotibus: præterque magnis donatus ab ea muneribus in patriam reuersus sum. ibi deprehendi iam nouarum rerum studia gliscere, multósque ad defectionem spectare à Rom. pop. Itaque conabar seditiosos ad meliorem mentem reducere, proponens eis ob oculos cum quibus essent bellum gesturi, nimirum cum Romanis, quibus & peritia rei militaris, & felicitate essent impares: monebámque ne temere ac imprudenter patriam séque & suos in extremum periculum conicerent. ad hunc modum vehementer dehortabar, infelicissimum belli finem prospiciens. nec tamen quicquam profeci, tanta erat tum desperatorum insania. Veritus igitur ne eadem continenter apud eos repetens in odium atque suspicionem inciderem, quasi fautor hostium, néve hoc nomine comprehensus ab eis neci traderer, occupato iam castello Antonia secessi ad templum interius. deinde post occisum Manahemum & primates Iassonum cohortis rursum ex templo prodij, versabárque cum pontificibus & Pharisæorum primoribus, non mediocriter sibi timentibus. videbamus enim populum arma corripuisse, ipsi inopes consilij. & cùm non possemus tumultuatores compescere, quòd ea res non careret periculo, simulabamus quidem nos probare illorum sententiam, suadebamus tamen, vt se continerent, & hostem abire sinerent, quòd speraremus Gessium

breui venturum cum validis copiis,& eum tumultum sedaturum. At ille reuersus,& in prælio cum multis occisus,sua clade extremam toti nostræ genti calamitatem attulit: mox enim belli autoribus additus est animus,sperantibus omninò Romanos deuincēdos, quo tempore & aliud quiddam accidit. Syriæ vrbium circūuicinarum habitatores Iudæos intra eadē mœnia secum degentes comprehensos vnà cum vxoribus,& liberis trucidabant,sine vllo crimine: quippe qui neque deficere à Romanis cogitauerant, neq; contra ipsos priuatim aliquid moliti fuerant. Sed inter cæteros eminuit impia Scythopolitarū immanitas.Cùm enim bello peterentur à Iudæis exteris, coegerunt suos Iudæos contra tribules arma sumere,quod nostris vetitum est legibus: horúmque ope hostes profligati sunt.post victoriam autem obliti fidei sociis inquilinisdebitæ,omnes,occiderunt, cùm essent multa hominum eius gentis millia. nec mitiùs tractati sunt IudæiDamasci incolæ. Sed de his prolixius in libris De bello Iudaico narrauimus: nunc ob hoc tantum earum cladium memini, vt sciat lector nosttam gentem non vltrò,sed necessitate compulsam ad id bellum deuenisse.Itaque profligato Gessio Hierosolymitanorum primores cum viderent latrones cæterósque pacis turbatores habere armorum copiam,veriti ne ipsi inermes inimicis obnoxij fierent,vt post accidit: cognitóque quòd Galilæa nondum tota à Romanis defecisset,sed pars eius etiam tum quietè ageret:miserunt eò me & alios duos sacerdotes, viros honestos ac bonos,Ioazarum & Iudam, vt prauis illis hominibus persuaderemus arma deponere: doceremúsque satius esse committi ea gentis optimatibus:placere enim,vt illi arma in futurum semper parata habeant. expectandum tamen dum certò sciatur quidnam Romanis sit animi. Cum his mandatis inGalilæam veniens reperi Sephoritas in magno discrimine,tuentes patriam contra Galilæorum vim volentium eam diripere, quod perstarent in amicitia Romani populi, fidéque seruarent Senio Gallo tum Syriæ præsidi.His ego securitatem reddidi sedata infesta multitudine; permisíque, vt quoties vellent in Dora(ea Phœnices vrbs est) ad suos mitterent, quos obsides Gessio dederant. Tiberiadis autem incolas inueni iam arma sumpsisse ob huiusmodi causam.tres in hac vrbe factiones erant.vna honestorum virorum, cuius caput erat Iulius Capella. Is & qui eum sequebantur,Herodes Mirari,Herodes Gamali,Compsus Compsi: Crispus enim huius frater olim à maiore Agrippa ei vrbi præfectus tum in suis possessionibus trans Iordanem agebat:hi omnes inquam autores erant manendi in fide regis & Rom. pop. solus ex nobilitate Pistus dissentiebat in gratiam Iusti sui filij. Altera factio è plebeis & obscuris constās bellandum decernebat. In tertia Iustus eminebat Pisti filius, dubitare se de bello simulans, sed interim occultè mutationem rerum cupiens,

μετὰ μεγάλης δυνάμεως ἀναβαίνα, παύσειν τὴν νεωτερισμόν. ὁ δὲ ἐπελθὼν καὶ συμβαλὼν μάχῃ κατεκόπη, πολλῶν τῶν μετ' αὐτοῦ πεσόντων, καὶ γένους τὸ γενόμενον πᾶσμα, συμφορὰ τοῦ παντὸς ἡμῖν ἔθνους. ἐπήρθησαν γὰρ ὅτι τούτῳ μᾶλλον οἱ τὸν πόλεμον ἀγαπήσαντες, καὶ νικήσαντες τοὺς ῥωμαίους εἰς τέλος ἠλπίσαμεν, προσγενομένης καὶ ἑτέρας τινὸς τοιαύτης αἰτίας. οἱ τὰς πέριξ τῆς συρίας πόλεις κατοικοῦντες, τοὺς παρ' ἑαυτοῖς ἰουδαίους συλλαμβάνοντες σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἀπήγαγον, οὐδεμίαν αὐτοῖς αἰτίαν ὑπικαλεῖν ἔχοντες. ἔτι γὰρ ὅτι ῥωμαίων ἀποστάσει νεώτερόν τι προσφερόμενοι, ἔτι πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους ἐχθρὸν ἢ ὑπίβουλον. σκυθοπολῖται δὲ πάντων ἀσεβέστατα καὶ ὠμοτάτα διεπράξαντο. ἐπελθόντων γὰρ αὐτοῖς ἰουδαίων ἔξωθεν πολεμίων τοὺς παρ' αὐτοῖς ἰουδαίους ἐβιάσαντο καὶ τὴν ὁμοφύλων ὅπλα λαβεῖν, ὅπερ ἐστὶν ἡμῖν ἀθέμιτον, καὶ μετ' ἐκείνων συμβαλόντες ἐκράτησαν τῶν ἐπελθόντων. ἐπειδὴ δὲ ἐνίκησαν ἐκλαθόμενοι τὸ πρὸς τοὺς ἐνοίκους καὶ συμμάχους πίστεως, πάντας αὐτοὺς διεχρήσαντο πολλὰς μυριάδας ὄντας. ὅμοια δὲ ἔπαθον καὶ οἱ τὴν δαμασκὸν ἰουδαῖοι κατοικοῦντες. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἀκριβέστερον ἐν τῷ περὶ τοῦ ἰουδαϊκοῦ πολέμου βίβλοις διεδηλώκαμεν. νυνὶ δ' αὐτῶν ἐπεμνήσθην βουλόμενος παρίστασθαι τοῖς ἀναγινώσκουσιν ὅτι ἡ πρόφασις ἐγένετο τοῦ πολέμου πρὸς ῥωμαίους ἰουδαίοις, ἀλλὰ τὸ πλέον ἀνάγκη νικηθέντος οὐ ὡς ἔφαμεν τοῦ γένους, τῶν ἱεροσολυμιτῶν οἱ πρῶτοι θεασάμενοι, τοὺς μὲν λῃσταὶ ἅμα τοῖς νεωτεροῦσαν βουλομένοις ὅπλων, δεῖσαντες δὲ αὐτοὶ μὴ ἄοπλοι καθεστηκότες ὑποχείριοι γένωνται τοῖς ἐχθροῖς, ὃ καὶ μετὰ ταῦτα συνέβη, καὶ πυθόμενοι τὴν γαλιλαίαν ἔτι πᾶσαν ῥωμαίων ἀφεστάναι, μέρος δὲ αὐτῆς ἠρεμεῖν ἔτι, πέμπουσιν ἐμὲ καὶ δύο ἄλλους τῶν ἱερέων καὶ τοὺς καθαροὺς ἄνδρας ἰωάζαρον καὶ ἰούδαν, πείσοντας τοὺς πονηροὺς καταθέσθαι τὰ ὅπλα, καὶ διδάξοντας ὡς ἐστὶν ἄμεινον τοῖς κρείττοσι τοῦ ἔθνους αὐτὰ παρεῖναι. ἔγνωσαν δὲ τούτοις ἀεὶ μὲν ἔχειν τὰ ὅπλα πρὸς τὸ μέλλον ἕτοιμα, βουλήσεσθαι δὲ τί πράξουσιν ῥωμαῖοι μαθεῖν. λαβὼν οὖν ἐγὼ τὰς ὑποθήκας ταύτας, ἀφικόμην εἰς τὴν γαλιλαίαν καὶ συμφωνείτας μὴν ἐν ὀλίγῳ τοῦ πατείδος ἀγῶνι κρείττους εὗρον, διαρπάσαι κειμένην αὐτὴν τῶν γαλιλαίων, διὰ τὴν πρὸς ῥωμαίους εὐνοίαν φιλίαν, καὶ ὅτι καὶ σενίῳ γάλλῳ τῶν τῆς συρίας ἡγεμονεύοντι δεξιά τε καὶ πίστις ἐστήκει. ἀλλὰ τούτους μὲν ἐγὼ παύσας ἀπαλλάξας τοῦ φόβου, πείσας ἐφ' αὐτῶν τὰ πλήθη, καὶ ὑπισχνούμενος ὁσάκις θέλοιεν διαπέμπεσθαι πρὸς τοὺς ἐν δώροις οἰκείους ὁμηρεύοντας γενέσθαι τὰ δῶρα, πόλις ἐστὶ τῶν φοινίκων. τοὺς ἐν τιβεριάδι δὲ κατοικοῦντας εὗρον ἐφ' ὅπλα κεχωρηκότας ἤδη δὲ αἰτίαν τοιαύτην. τρεῖς ἦσαν κατὰ τὴν πόλιν, μία μὲν ἀνδρῶν διαφερόντων, ἦρχε δ' αὐτῆς ἰούλιος καπέλλος. οὗτος δὴ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πάντες, ἡρώδης ὁ μιραρῆν καὶ ἡρώδης ὁ τοῦ γαμάλου, καὶ κομψὸς ὁ τοῦ κόμψου, κρῖσπος γὰρ ἀδελφὸς αὐτοῦ, τοῦ μεγάλου βασιλέως γενόμενος ποτὲ ἔπαρχος, ἐν ταῖς ἰδίαις κτήσεσιν ἐτύγχανεν, πέραν τοῦ ἰορδάνου, πάντες οὖν οἱ παρεστηκότες καὶ τὴν χώραν ἐκείνον ἐμμένειν συνεβούλευον τῇ πρὸς τοὺς ῥωμαίους καὶ τὸν βασιλέα πίστει. τῇ γνώμῃ δ' ὁ σωστρίστρατος ὑπὸ ἰούστου τοῦ παιδὸς καὶ γὰρ ἐν φύσει πῶς ὑπόφαυλος. ἡ δευτέρα δὲ τάσις ἐξ ἀσημοτάτων συνεστηκυῖα πολεμεῖν ἔκρινεν. ἰοῦστος ὁ πίστου παῖς ὁ τῆς τέτης μορφῆς πρῶτος ὑπεκρίνετο μὴ ἐνδιδόναι πρὸς τὸν πόλεμον,

νεωτε-

A
B
C
D
E
F
G

νεωτέρων δι' ἐπιθυμίαν πραγμάτων ἐκ τῆς μεταβο- A
λῆς οἰόμενος δύναμιν ἑαυτῷ προσποιήσειν. παρελθὼν
οὖν εἰς μέσους διδάσκειν ἐπειρᾶτο τὸ πλῆθος ὡς ἡ
πόλις ἐστὶ ἀεὶ τῆς γαλιλαίας. ἄρξειν δ' ὑπέρ τοῦ πρώδου
χρόνων τοῦ τετράρχου καὶ κτίσου γνωμένου, βουληθέντος
αὐτοῦ τιμῶν συμφωνεῖν τῇ πόλει τῇ τιβεριέων ὑπακούειν.
ὑποβάλλειν δ' τὸ πρωτεῖον αὐτοῖς, μὴ δ' ὅλη τοῦ βασι-
λέως ἀγρίππα τοῦ παρόν, δυναμεῖναι δ' καὶ μέχρι φίλι-
κος προϊσαμένου τῆς ἰουδαίας. νῦν δὲ ἔλεγον αὐτοὺς B
ἠτυχηκέναι τοῦ νεωτέρου δωρεᾶς ἀγρίππα δοθέντας
ὑπὸ νέρωνος. ἄρξαι γὰρ δοθεὶς τιμῶν μὴ συμφώνων, ἐπει-
δὴ ῥωμαίοις ὑπήκουσε, τῆς γαλιλαίας, καταλυθεῖσαν δ'
παρ' αὐτοῦ, τιμῶν τε βασιλικῶν τράπεζαν καὶ τὰ ἀρ-
χαῖα. ταῦτα καὶ πρὸς τούτοις ἕτερα πολλὰ κατὰ βα-
σιλέως ἀγρίππα λέγων, ὑπὲρ τούτων δῆμον εἰς τιμῶν
ὑποστασίαν ἐρεθίσας, προστίθει νῦν εἰ καιρὸν ἀ-
σταμένοις ὅπλα, καὶ γαλιλαίοις συμμάχοις προσλα- C
βόντας, ἄρξειν γὰρ αὐτῶν ἑκόντων διὰ τὸ πρὸς τοὺς συνω-
φωείτας μέσος ὑπάρχειν αὐτοῖς, ὅπερ τῶν πρὸς ῥωμαίους
πίστιν διαφυλάσσουσιν, μεγάλῃ χειρὶ πρὸς τιμῶν ὑπὲρ
αὐτῶν τιμωρίαν ζέπεσθαι ταῦτα λέγων προσέφατο
τὸ πλῆθος. ὧν γὰρ ἱκανὸς δημαγωγῶν, καὶ τῶν αἰπλεόν-
των τὰ βελτίω πρεῖναι γοητείᾳ καὶ ἀπάτῃ τῇ διὰ λό-
γων. καὶ γὰρ ἠδὴ ἄπειρος ὢν παιδείας τῆς παρ' ἕλλησιν,
ἢ θαρρῶν ἐπεχείρησεν καὶ τῶν ἱστορίαν τῶν πραγμά- D
των τούτων ἀναγράφειν, ὡς τοῦ λόγου τούτου τοῦ αἰδεοῦς
ὡς φαῦλος τὸν βίον ἐζήτει, καὶ ὡς σὺν τοῦ ἀδελφοῦ
μικροῦ δεῖν καταστροφῆς αἴτιος ὑπῆρξεν. προϊόντος τοῦ
λόγου δηλώσομεν. τότε δ' πείσας ἴσος τοὺς πολίτας
ἀναλαβεῖν τὰ ὅπλα, πολλοὺς δ' καὶ μὴ θελήσαντας ἀναλ-
κάσας, ἐξελθὼν σὺν πᾶσι τούτοις ἐμπίπρησι τάς τε
γαδαρίνων καὶ ἱππηνῶν κώμας, αἳ δὴ μεθόριοι τῆς
τιβεριάδος καὶ τῆς τῶν σκυθοπολιτῶν γῆς ἐτύγχανον E
κείμεναι. καὶ τιβεριαὶ μὲν ἐν τούτοις ἦν, τὰ δὲ γίγα-
λα δεῖχεν τὸν τρόπον τοῦτον. ἰωάννης ὁ τοῦ λευεὶ, τῶν
πολιτῶν τινας ὁρῶν διὰ τὴν ὑποστασίαν τὴν ὑπὸ ῥω-
μαίων μέγα φρονοῦντας, κατέχειν αὐτοὺς ἐπειρᾶτο,
καὶ τὴν πίστιν ἧξιν διαφυλάττειν, εἰ μὴν ἠδυνήθη, καί-
τοι πάνυ προθυμούμενος. τὰ γὰρ πλεῖστα ἔθνη γαδα-
ρηνοὶ καὶ γαβαραγανάμοι καὶ τύριοι πολλὴν ἀθροίσαν-
τες δύναμιν, καὶ τοῖς γιγάλοις ἐπιπεσόντες, λαμβάνουσι F
τὰ γίγαλα κατὰ κράτος, καὶ πυρπολήσαντες, εἶτα δ' καὶ
προσκατασκάψαντες εἰς τὴν οἰκείαν ἀνέζευξαν.
ἰωάννης δ' ὅλῃ τούτῳ παρεξιωθεὶς, ὁπλίζει πάντας
τοὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ συμβαλὼν τοῖς προειρημένοις ἔθνε-
σιν, τά τε γίγαλα κρείττονα πάλιν ἀνακτίσας τείχε-
σιν ὑπὲρ ἀσφαλείας τοῖς εἰς ὕστερον ὀχύρωσεν. γαμα-
λὰ δ' πίστει τῇ πρὸς ῥωμαίους ἐνίμενε δι' αἰτίαν τοι- G
αύτην. φίλιππος ὁ ἰακίμου παῖς, ἔπαρχος δ' τοῦ βασι-
λέως ἀγρίππα, σωθεὶς δόξαν ἐκ τοῦ ἐν ἱεροσο-
λύμοις βασιλικῆς αὐλῆς πολιορκουμένης, καὶ διαφυγὼν
εἰς ἕτερον ἐνέπεσε κίνδυνον, ὡς τε ὑπὸ χαναίμου
καὶ τῶν σὺν αὐτῷ λῃστῶν ἀναιρεθῆναι. διεκάλυσαν δ' βαβυλώνιοί τινες συγγενεῖς αὐτοῦ ἐν ἱεροσολύμοις ὄντες
πεῖσαι τοὺς λῃστὰς τὸ ἔργον. ὀλιγεῖναι οὖν ἡμέρας τέσσαρας ὁ φίλιππος ἐκεῖ, τῇ πέμπτῃ φεύγει πρὸ-
θυμῇ χρησάμενος κόμῃ τῇ μὴ κατάσκλος γενέσθαι. καὶ πλανώμενος εἰς τινα τῶν ἑαυτοῦ κωμῶν καὶ τοὺς ὅρους
γαμαλὰ τοῦ φρυγίου κειμένου, πέμπει πρός τινας τῶν ὑπ' αὐτοῦ πρεσβεύσαντα ὡς αὐτὸν ἀφικέσθαι. τὸν φί-
λιππον δ' ταῦτα ἐνοούμενον ἐμποδίζει τὸ θεῖον ὀλιγωρεῖν. μὴ γὰρ τούτου γενομένου, πάντας ἂν ἀπολέσθαι

A cuius occasione sperabat se consecuturum aliquam potentiam. itaque progressus in concionem conabatur docere multitudinem, quod eorum ciuitas inter Galilæas semper sit habitat quódque metropolis eius regionis fuerit Herodis tetrarchæ tempore, qui ipsius conditor Sephorim ei subiecerit. hanc præeminentiam ei mansisse & sub Agrippæ patris imperio, vsque ad Felicem Iudææ præsidem: nunc demum

B postquam Agrippæ iuniori à Nerone donata sit, primatum amisisse. mox enim Sephorim ex quo Romanis parêre cœpit, reliquæ regioni præpositam: desiuisséque apud se archiua & mensam regiam. His & aliis multis in regem iactatis cùm irritasset ad defectionem populum, aiebat nunc esse tempus, correptis armis, & assumptis in societatem reliquis Galilæis primatum sibi de integro vindicare omnibus fauentibus Sephoritarum odio, quos pertinaciter hærentes in Romanorum amicitia libenter aliqua clade afficerent: iuuandósque eos conatus totis viribus. His dictis permouit multitudinem, quod haberet popularem quandam facundiam, & saniora suadentes verborum præstigiis vinceret. erat enim etiam Græcarum disciplinarum non imperitus, quibus fretus ausus est rerum tunc gestarum historiam texere, quo veritati fucum faceret. Sed de huius nequitia, & quomodo vnà cum suo fratre

C patriam penè subuertetit, procedente sermone narrabimus. Tunc autem Iustus ciuibus persuasis, quibusdam etiam coactis arma capere, cum omnibus egressus incendebat vicos Hippenorum atque Gadarenorum, contiguos Tiberiadis agro, & Scythopolitanorum finibus. quæ dum apud Tiberiadem geruntur, Gischalorum status erat talis. Ioannes Leui filius videns ciuium suorum quosdam ferocientes iugum Romanorum excutere velle, conatus est

E eos retinere in fide & officio: quod tamen nullo modo efficere valuit. interim vicini populi, Gadareni, Gabaraganæi, & Tyrij collectis validis copiis irruentes expugnant Gischala, quibus incensis atque dirutis domum se recipiunt. qua iniuria Ioannes accensus, suis omnibus armatis, conflictúque cum prædictis populis habito, instauratam patriam securitatis causa cinxit mœnibus. Gamala autem in

F Romanorum fide perstabant ob causam hanc. Philippus Iacimi filius, Agrippæ regis præfectus, præter spem dum regia Hierosolymitana oppugnatetur elapsus in aliud periculum incidit, ne iugularetur à Manahemo & sociis eius latronibus: seruatus est tamen interuencu cognatorum quorundam Babyloniorum, qui tum erant Hierosolymis: quintáque post die quò minus adgnosceretur mutato capillitio fugam iniit. & cùm peruenisset ad quendam suæ possessionis vicum situm prope castellum Gamala, accersiuit aliquammultos

G sibi subditos. interim diuinitùs ei quiddam accidit, quod alioqui perituro salutem attulit.

nam repentina febre correptus literas ad Agrippam & Bernicem scriptas liberto cuidam commisit, qui Varo eas redderet: huic enim tum rex & regina curandam regiam crediderant, ipsi Berytum profecti obuiam Gessio. At Varus acceptis Philippi literis, cognitóq; quòd euaserit, tulit id grauiter, veritus ne posthac rex & regina non egerent sua opera, vt Philippo incolumi reddito. productum igitur ad plebem eum qui literas attulerat, & accusatum tanquam falsarium, quódque fictum nuncium attulisset, Philippum Hierosolymis cum Iudæis contra Romanos bellum gerere, supplicio tradidit. qui cùm non reuerteretur ad Philippum, ille causam nesciens rursus alium misit cum literis, renunciaturum quídnam priori accidisset, cúrve ita differret reditum. Verùm & hunc Varus oppressit per calumniam. etenim à Cæsariensibus Syris inflatus fuerat vt aspiraret ad sublimia, dicentibus fore vt Agrippa interficiatur à Romanis ob rebellationem Iudæorum, & ipsi detur regnum debitum propter cognationem regiam. nam constabat Varum esse regij generis, descendentem à Sohemo tetrarcha Libani. Is igitur spe tali elatus literas apud se retinuit, diligenter cauens ne peruenirent in manus regias: obseruabárque omnes exitus, nequis clàm elapsus renuntiaret regi quæ ibi fierent: multósque Iudæorum interficiebat in gratiam Syrorum Cæsariensium. quin & in Bathanæa Iudæos qui Babylonij vocantur, Bathyram incolentes decreuit ope Trachonitarum inuadere: vocatísque ad se Cæsariensibus Iudæis duodecim primatiis, iussit eos profectos illò nunciare suo nomine tribulibus, relatum sibi esse quòd bellum aduersus regem molirentur: sed quia non liberet credere. denunciare vt arma ponerent. id enim argumentum fore certissimum, quòd meritò fidem non habuerit falsis rumoribus. adiunxit, mittendos esse viros septuaginta ex optimatibus, qui crimen obiectum diluant. fecerunt iussa illi duodecim: & cùm Bathyram venissent ad suæ gentis homines, eósque nihil noui moliri inuenissent, persuaserunt vt septuaginta viros mitterent. hos aduentantes cum duodecim legatis Cæsaream, Varus stipatus regio milite in itinere exceptos vnà cum ipsis legatis interficit, ac mox pergit cõtra Iudæos incolentes Bathyram. sed præuenit eum quidam ex illis septuaginta casu seruatus, quo nuncio moniti arreptis armis receperunt se cum vxoribus & liberis in castellum Gamala, relictis vicis refertis multis opibus, & pecorum ingenti nnmero. quo audito Philippus & ipse eodem se contulit. ad cuius aduentum acclamabat populus vt ducem se eis præberet, & contra Varum ac Cæsarienses Syros bellum susciperet. fama enim sparserat regem ab his occisum esse. Philippus verò comprimebat eorum impetum, collata in eos regis beneficia in memoriam reuocans,

πυρετῷ δὴ καταχόντος αὐτὸν ἐξάφνης γράψας ἐπιστολὰς τοῖς παρὰ αὐτῷ πεμφθεῖσι καὶ Βερενίκῃ δίδωσι τῷ ἐξελευθέρῳ τινὶ κομίζειν πρὸς ἕαυτον. ἐκεῖνος δὲ ἐπὶ τὸν κομιεῖν ἐκεῖνον ὁ τοῦ βασιλέως διοικῶν κατασταθέντων αὐτὸν τῷ βασιλέως· αὐτοὶ γὰρ εἰς Βηρυτὸν ἀφικνοῦντο ὑπαντῆσαι βουλόμενοι γνησίῳ. λαβὼν οὖν ὁ ἕαυρος τὰ παρὰ φιλίππου γράμματα, καὶ πυθόμενος αὐτὸν ἐξαστεῶσθαι, βαρέως ἤνεγκεν, ἀχρεῖον τὸ λοιπὸν αὐτὸς νομίζων φανεῖσθαι τοῖς βασιλεῦσιν ἀφικομένου τοῦ φιλίππου. πρεσβεύσας οὖν εἰς τὸ πλῆθος τὸν τὰς ἐπιστολὰς κομίζοντα, καὶ πλάσας γραφὴν ἐπιβουλίας, ψεύδεσθαί τε φήσας αὐτὸν ἀπαγγέλλοντα τὰ τοῖς ἱεροσολύμοις φίλιππον μὴ τῷ ἰουδαίων ῥωμαίους πολεμεῖν ἀπέκτεινε. μὴ ὑποστρέψαντος δὲ τοῦ ἐξελευθέρου, φίλιππος ὑπορῶν τὴν αἰτίαν, δεύτερον ἐκπέμπει μετ' ἐπιστολῶν πάλιν τὴν ἀπαγγελοῦντα πρὸς αὐτὸν τί τὸ συμβεβηκὸς εἴη τῷ ἐπιστολείῳ διὸ βραδύνει. καὶ τοῦτον ἐν πρόσχημα ὁ ἕαυρος συκοφαντήσας ἀπέκτεινεν. καὶ γὰρ ὑπὸ τῷ ἐν καισαρείᾳ σύρων ἐπῆρτο μέγα φρονεῖν, αἰσθανόμενος μὲν λεγόντων ὑπὸ ῥωμαίων ἀχρεῖον ἀπεστάλθαι διὰ τὰς ὑπὸ ἰουδαίων ἁμαρτίας, λήψεσθαι δ' αὐτὸν τὴν ἀρχὴν, ἐκ βασιλέων ὄντα. καὶ γὰρ ὡμολογεῖτο ὁ ἕαυρος βασιλικοῦ γένους, ἔγγονος σοήμου τοῦ τὸν λίβανον τετραρχοῦντος. διὰ τοῦτ οὖν ὁ ἕαυρος τυφόμενος, τὰς μὲν ἐπιστολὰς παρ' ἑαυτῷ κατέχει μηχανώμενος μὴ ἐντυχεῖν τοῖς γράμμασι τὸν βασιλέα, τὰς ἐξόδους ἐν πάσας ἐφεύρει, μὴ δεδιὼς τις ἀπαγγείλειε τῷ βασιλεῖ τὰ πραττόμενα. καὶ δὴ χαριζόμενος τοῖς κατὰ τὴν καισάρειαν σύροις, πολλοὺς τῷ ἰουδαίων ἀπέκτεινεν. ἐβουλήθη ἐν καὶ μὴ τῷ ἐν βαταναίᾳ τετραχωνίτῳ ἀναλαβὼν τὰ ὅπλα ἐπὶ τοὺς ἐν βαταναίοις βαβυλωνίους ἰουδαίους, ταύτην δὲ τὴν πρόσηγορίαν ἔχουσιν, ὁρμῆσαι. καλέσας οὖν τῷ κατὰ τὴν καισάρειαν ἰουδαίων δώδεκα τοὺς δοκιμωτάτους, προστάττει αὐτοῖς ἀφικομένοις εἰς βαταναίαν, πρὸς τοὺς ἐκεῖ κατοικοῦντας αὐτῷ ὁμοφύλους εἰπεῖν, ὅτι ἕαυρος ἀκούσας ὑμᾶς ἐπὶ βασιλέα μέλλειν ὁρμᾶν, καὶ μὴ πιστεύσας, πέπομφεν ἡμᾶς πείσοντας ὑμᾶς τὰ ὅπλα καταθέσθαι. τοῦτο γὰρ αὐτὸ τεκμήριον ἔσεσθαι καὶ τοῦ καλῶς μὴ πιστεῦσαι τοῖς περὶ ἐμοῦ λέγουσιν. ἐπείδαν δὲ καὶ τοὺς πρώτους αὐτῷ ἄνδρας ἑβδομήκοντα πέμπειν ἀπολογησομένους περὶ τῆς ἐπιβουλευθείσης αἰτίας· ἐλθόντες δὲ οἱ δώδεκα πρὸς τοὺς ἐν βαταναίοις ὁμοφύλους, καὶ καταλαβόντες αὐτοὺς μηδὲν ὅλως νεωτερισμὸν φρονοῦντας, ἔπεισαν καὶ τοὺς ἑβδομήκοντα πέμπειν. οἱ δὲ, μηδὲν ὑποπτεύσαντες τοιοῦτον οἷον ἔμελλεν ἀποβήσεσθαι, ἐξαπατήθεισαν. καταβαίνουσι δ' ὅτοι μὲν τῷ δώδεκα πρόσθεν εἰς τὴν καισάρειαν. ὑπαντήσας οὖν ὁ ἕαυρος μὲν τὸν βασιλικῆς δυνάμεως σὺν τοῖς πρέσβεσιν πάντας ἀπέκτεινεν, καὶ τὴν πορείαν ἐπὶ τοὺς ἐν βαταναίοις ἰουδαίοις ἐποιεῖτο. φθάσας δέ τις ἐκ τῷ ἑβδομήκοντα σωθεὶς ἀπήγγειλεν αὐτοῖς, κἀκεῖνοι τὰ ὅπλα λαβόντες σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις εἰς γάμαλα τὸ φεύγειν ὑπεχώρησαν, καταλιπόντες τὰς κώμας πολλὴν ἀγαθῶν πλήρεις καὶ βοσκημάτων πολλὰς μυριάδας ἐχούσας. φίλιππος δὲ πυθόμενος ταῦτα, καὶ αὐτὸς εἰς γάμαλα τὸ φεύγειν ἦκεν. πυθόμενος δὲ, κατεβόα τὸ πλῆθος ἄρχειν αὐτὸν παρακαλοῦντες, καὶ πολεμεῖν πρὸς ἕαυρον, καὶ τοῖς ἐν τῇ καισαρείᾳ σύροις. διεδέχετο γὰρ ὑπὸ τούτων τὸν βασιλέα τεθνάναι. φίλιππος δ' αὐτῷ κατεῖχε τὰς ὁρμὰς, ὑπομιμνήσκων τῷ τε τοῦ βασιλέως εἰς αὐτοὺς εὐεργεσιῶν, καὶ τὴν

καὶ τῶν ῥωμαίων διηρεύνωμαι ὅσον τίς ἐστιν ἡ δύναμις, συμφέρειν οὐκ ἔλεγον ἀρᾶσθαι πρὸς τούτους πόλεμον. καὶ τέλος ἔπεισεν. ὁ δὲ βασιλεὺς πυθόμενος ὅτι οὐαρος μέλλει τοὺς ἐπὶ τῆς καισαρείας ἰουδαίους σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις πολλοὺς ὄντας μυριάδας αἰρεῖν ἡμέρᾳ μιᾷ, μεταπέμπεται πρὸς αὐτὸν ἵππον μονόδιον, πέμψας αὐτὸν διάδοχον ὡς ἐν ἄλλοις ἐδηλώσαμεν. ὁ δὲ φίλιππος γαμαλὰ τὸ φρούριον κατέχειν, καὶ τὴν πίστιν χώραν τῇ πρὸς ῥωμαίους ἐμμένουσαν. ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν γαλιλαίαν ἀφικόμην ἐγώ, καὶ ταῦτα πάντα τῷ ἀπαγγειλάντων ἐμαθον, γράφω τῷ συνεδρίῳ τῶν ἱεροσολυμιτῶν περὶ τούτων, καὶ τί με πράττειν κελεύουσιν, ἐρωτῶν. οἱ δὲ πρεσβεῖαν παρεκάλεσαν καὶ τοὺς συμπρέσβεις εἰ θέλοιεν καταχόντα, πρόνοιαν ποιήσασθαι τῆς γαλιλαίας. οἱ δὲ συμπρέσβεις ἀπορήσαντες πολλῶν χρημάτων ἐκ τῶν διδομένων αὐτοῖς δεκάτων, ἃς ὄντες ἱερεῖς ὀφείλομένας ἀπελάμβανον, εἰς τὴν οἰκείαν ὑποστρέφειν γῆν ἔκειναν. ἐμοῦ δὲ αὐτὸν πρεσβεῖαν παρακαλέσαντος ἕως ἂν τὰ πράγματα καταστήσωμεν, πείθονται. ἄρας οὖν μετ' αὐτῶν ἀπὸ τῆς πρωτεύουσης πόλεως εἰς κώμην τινὰ βηθμαοῦς λεγομένην ἀπέχουσαν τιβεριάδος στάδια τέσσαρα παραγίνομαι. καὶ πέμψας ἐντεῦθεν τοὺς πρὸς τὴν τιβεριέων βουλὴν, καὶ τοὺς πρώτους τοῦ δήμου παρεκάλουν ἀφικέσθαι πρός με. καὶ παραγενομένων, ἐλθὼν ἦν καὶ ἰοῦστος σὺν αὐτοῖς, ἔλεγον ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τῶν ἱεροσολυμιτῶν πρεσβεύσειν μὴ θέλειν πρεσβεύειν πρὸς αὐτοὺς, πείσειν καθαιρεθῆναι τὸν οἶκον ὑπὸ τῶν ἡρώδου τοῦ τετράρχου κατασκευασθέντα, ζώων μορφὰς ἔχοντα, τῶν νόμων οὐκ ἐξὸν τὰ κατασκευάζειν ἀπαγορεύοντων, καὶ παρεκάλουν αὐτοὺς, εἰ ἐν ἡμῖν ἡ τάχος τοῦτο πράττειν. δεῖ πολὺ μὲν οὖν οἱ περὶ τὸν καπέλλαν καὶ τοὺς πρώτους αὐτῶν δεξιέσθαι οὐκ ἤθελον, βιαζόμενοι δὲ ὑφ' ἡμῶν συγκατατίθεν). φθείρει δὲ ἰησοῦς ὁ τῆς ἀφίας παῖς, ὃν τῆς τῶν ναυτῶν καὶ τῶν ἀπόρων στάσεως πρῶτον ἔφαμεν ἀρξαι, παραλαβών τινας γαλιλαίους, καὶ τὴν πᾶσαν αὐλὴν ἐμπρήσας, πολλῶν οἰόμενος ἀπορήσειν ἐξ αὐτῆς χρημάτων, ἐπειδή τινας οἴκων ὀροφὰς κεχρυσωμένας εἶδεν. καὶ διήρπασαν πολλὰ τῶν γνώμην τοῦ ἡμετέραν πραξάντων. ἡμεῖς γὰρ μετὰ τὸν πρὸς καπέλλον καὶ τοὺς πρώτους τιβεριέων ὁμιλίαν εἰς τὴν ἄνω γαλιλαίαν ἀπὸ βηθμαοῦς ἀνεχωρήσαμεν. αἰσθόμενοι δὲ οἱ περὶ τὸν ἰησοῦν πάντας τοὺς κατοικοῦντας ἕλληνας, ὅσοι τι πρὸ τοῦ πολέμου γεγόνασιν αὐτῶν ἐχθροί. πυθόμενος δὲ ἐγὼ ταῦτα, παρεξιέναι σφόδρα, καὶ καταβὰς εἰς τιβεριάδα πρόνοιαν εἰσενεγκάμην τῶν βασιλικῶν σκευῶν, ὅσα δυνατὸν ἦν τοῖς ἁρπάσαντας ἀφελέσθαι. λυχνίαν δὲ ἓν καὶ κοιλίδιον ταῦτα, καὶ τράπεζαν τῶν βασιλικῶν, καὶ ἀσήμου ἀργυρίου σαθρὸς ἱκανός. πάντα δὲ ὅσα παρέλαβον, φυλάσσειν τῷ βασιλεῖ ἔκεινα. μεταπεμψάμενος οὖν τοὺς τῆς βουλῆς πρώτους δέκα, καὶ καπέλλον τὸν αὐτύλλου, τὰ σκεῦη παρέδωκα, μηδενὶ παραγγείλας ἑτέρῳ πλὴν ἐμοῦ δοῦναι. κἀκεῖθεν εἰς τὰ γίγαλα πρὸς τὸν ἰωάννην μετὰ τῶν συμπρέσβεων ἀφικόμην βουλόμενος γνῶναί τί ποτε φρονεῖ, κατιδὼν δὲ αὐτὸν ταχέως νεωτέρων ὀρεγόμενον πραγμάτων, καὶ τῆς ἀρχῆς ἐπιθυμίαν ἔχοντα. παρεκάλει γάρ με τὸν καισαρος σῖτον κείμενον ἐν ταῖς τῆς ἄνωθεν γαλιλαίας κώμαις ἐξουσίαν αὐτῷ δοῦναι ἐκφορῆσαι. θέλειν γὰρ ἔφασκεν εἰς ἐπισκευὴν τῆς τοῦ πατρίδος τειχῶν ἀναλῶσαι. κατανοήσας δὲ ἐγὼ τὴν ἐπιχείρησιν αὐτοῦ, καὶ τὴν διάνοιαν πρόσεσιν,

tum quanta esset Romanorum potentia, quam tebellando irritare immani periculo non careat. atque ita tandem vicit huius viri consilium. Rex porrò cùm sensisset Varum velle apud Cæsaream Iudæos cum vxoribus & liberis multorum millium explentes numerum interficere, misit ei successorem Equum Modium, vt alibi dictum est. Philippus autem Gamala & vicinam regionem in Romanorum fide cõtinuit. Interea cùm venissem in Galilæam, certis nunciis super his rebus edoctus, scripsi Hierosolymitanorum concilio, quid me iuberent scisciitans. rescriptum est vt in Galilæa maneam, eiúsque tutelæ prouideam, retentis etiam collegis, si illis ita visum sit. hi cùm multum pecuniæ parassent ex debitis sibi sacerdotij nomine decimis, statuerant reuerti in patriam: sed rogati vt tantisper mecum essent dum componeremus omnia, facilè assenserunt. Cum his igitur à Sephoritarum vrbe profectus in Bethmauntem vicum veni dissitum quatuor stadiis à Tiberiade: missoque nuncio accersiui ad me senatum Tiberiadis & primores eius populi. qui postquam affuerunt, & inter hos Iustus quoque, dixi me vnà cum collegis legatum à populo Hierosolymitano missum ad eos, vt agerem de diruendo palatio, quòd ibi à se extructum Herodes tetrarcha variis animalium picturis ornauerat, cùm id vetitum sit nostris legibus: rogabámque vt nos quantocyùs id facere permitterent. Quod cùm diu Capella & suæ factionis homines recusassent, tandem magna contentione assensum eis expressimus. interim dum nos ea de re contendimus, iam Iesus Saphiæ filius nautarum & inopum factionis dux assumpta aliqua multorum Galilæorum manu palatium incenderat, ratus se bonam prædam inde paraturum, quia tecta eius quædam inaurata viderat: multáque in eo diripuerunt præter animi nostri sententiam. nos enim post colloquium cum Capella & Tiberiensium primatibus apud Bethmauntem habitum in superiora Galilææ nos recepimus. Tum Iesu factio Græcos omnes eam vrbem habitantes interimit, & quotquot inimicos ante id bellum habuerant. His auditis vehementer commotus descendi in Tiberiadem, dedíque operam vt quicquid possem recuperarem ex direptis regis facultatibus, candelabra corinthia, mensas regias, & rudis argenti satis magnam copiam. quæcunque autem recepi, regi seruare statui. accitis igitur decem è senatu potioribus & Capella Antylli filio, vasa illa eis tradidi, interdicens, ne cuiquam præter me ea redderent. Inde Gischala cum collegis ad Ioannem veni, cogniturus quídnam haberet animi: móxque deprehendi eum rerum nouarum cupidum affectare tyrannidem. rogabat enim me vt sibi potestatem facerem exportandi frumentum Cæsaris, quod in superioris Galilææ vicis erat repositum, dicens se id velle impendere in structuram mœnium patriæ. at ego cùm olfecissem eius conatus & consilia,

negabam me hoc ei permittere. cogitabam enim id frumentum aut Romanis seruare aut mihiipsi, quod haberem iam curam eius regionis à ciuitate Hierosolymitana mihi commissæ. ergo cùm nihil à me impetraret, collegas appellauit super hoc negocio futurorum improuidos,& auidos munerum. ab his largitione totum eius prouinciæ frumentum obtinuit,me non valente contra duos contendere. deinde altero dolo Iohannes vsus est. aiebat enim Iudæos Cæsareæ Philippi incolas, regis cui suberant mandato intra mœnia cohibitos, querentes de olei puri penuria, id à se petere, ne præter morem cogantur vti Græcorum oleo. hæc autem non religionis respectu dicebat,sed victus turpis lucri cupidine. sciens enim apud Cæsarienses sextarios duos drachma vna venire, Gischalis autem octuaginta sextarios drachmis quatuor, totum illud oleum quod ibi erat ad eos transmisit, me quoque vt videri volebat permittente. non enim volens permittebam, sed metu ne si obsisterem lapidaret à populo.postquam igitur concessi, plurimum pecuniæ Ioannes quæsiuit hoc maleficio. ex hoc oppido remisi collegas Hierosolyma, totúsque posthac fui in comparandis armis & muniendis vrbibus. accitis deinde latronum fortissimis,cùm viderem non posse illis arma adimi, persuasi multitudini vt mercede eos conduceret, conducibilius docens habere eos stipendiarios, quam sinere agros incursionibus eorum diripi: atque ita eos dimisi sacramento obstrictos ne nisi vocati in regionem nostram venirent, aut nisi stipem debitam reciperent,iussos priùs abstinere à Romanis & accolis iniuriam. Sed ante omnia curaui in pace continere Galilæam. cúmque vellem optimates eius regionis circiter septuaginta prætextu amicitiæ habere quasi obsides fidei, ascitos in amicitiam feci mihi comites& iudicandi socios, pleraque decernens ex ipsorum sententia, in primis curans ne temere discederem à iustitia, vtque abstinerem ab omni corruptela munerum. agens igitur annum trigesimum, qua ætate etiamsi quis temperet cupiditatibus illicitis, difficile tamen euadit calumniatorum inuidiam, maximè si cum magna potestate sit, nulli mulieri vim intuli, & nihil mihi obtrudi sum passus, vt rei nullius indigus: imò ne debitas quidem mihi vt sacerdoti decimas accipere volui ab afferentibus. ex manubiis tamen partem post deuictos Syros accolas recepi, quam me Hierosolyma misisse ad cognatos fateor. Cúmque bis Sephoritas vi expugnassem, Tiberienses quater, Gadarenses semel, & Ioannem sæpius insidias mihi molitum in potestatem redegissem, neque de ipso neque de vllo memoratorum populorum pœnas sumere sustinui, vt procedente stilo indicabimus. quamobrem opinor Deum rectè factorum inspectorem, & tunc me eripuisse ex inimicorum insidiis,

ἐκ ἔφην αὐτῷ συγχωρεῖν. ἢ γὰρ ῥωμαίοις αὐτὸν σπουδάζειν φυλάττειν, ἢ ἐμοὶ αὐτῷ, ἀφ' ὃ τὸ κῆ τῆν ἐξουσίαν τῆς ἐκεῖ πραγμάτων αὐτὸς ἔλαβε τῆς κοινῆς τῆς ἱεροσολυμιτῶν πιστεύθαι. μὴ πείθων δέ με τοῦτο, καὶ ὅτι τοῖς συμπρέσβεις ἐτράπετο. καὶ γὰρ ἦσαν ἀπρόνοητοι τῆς ἐσομένων, καὶ λαβεῖν ἑτοιμότατοι. φθείρει δὲ χρήμασιν αὐτοὺς ψηφίσαθαι πάντα τὸν σῖτον αὐτῷ παραδοθῆναι ἢ ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ κείμενον. κἀγὼ μόνος, ἡττόμενος ὑπὸ δύο τῆν ἡσυχίαν ἦγον. καὶ δευτέραν ἰωάννης ἐπεισέφερεν πανουργίαν. ἔφη γὰρ ἰουδαίους τοῖς τῆν φιλίππου καισάρειαν κατοικοῦντας, συγκεκλεισμένους κατὰ πρόσταγμα τῆς βασιλέως ὑποδίκου τῆν δωρεὰν διοικοῦντος πεπομφέναι πρὸς αὐτόν, παρακαλοῦντας, ἐπειδὴ οὐκ ἔχουσιν ἔλαιον ὡ χρήσονται καθαρόν, ποιησάμενον πρόνοιαν δόσεως αὐτοῖς τούτου πράττειν, μὴ δ' ἀνάγκῃ ἑλληνικῷ χρώμενοι τὰ νόμιμα παραβαίνωσιν. ταῦτα δ' οὐχ ὑπὲρ δυσσεβείας ἔλεγεν ἰωάννης, δ' αἰσχροκέρδειαν ἢ φανερωτάτην. γινώσκων γὰρ, παρὰ μὲν ἐκείνοις κατὰ τῆν καισάρειαν τοῖς δύο ξέστας δραχμῆς μιᾶς πωλουμένους, ἐν δὲ τοῖς γιαχάλοις, τοὺς ὀγδοήκοντα ξέστας δραχμῶν τεσσάρων, πᾶν τὸ ἔλαιον ὅσον εἶν ἐκεῖ διεπέμψατο λαβὼν ἐξουσίαν τὰ παρ' ἐμοῦ τῷ δοκεῖν. ὁ γὰρ ἐκῶν ἐπέτρεπον, ἀλλὰ δι' φόβον τὸν ὑπὸ τοῦ πλήθους, μὴ κωλύων καταλιθοβόλοιτο ὑπ' αὐτῆς. συγχωρήσαντος οὖν μου πλείστων χρημάτων ὁ ἰωάννης ἐν τῇ κακουργίᾳ ταύτῃ ἐπόρισεν. τοὺς δὲ συμπρέσβεις ὑπὸ τῆς γιαχάλων ἀπολύσας εἰς τὰ ἱεροσόλυμα, πρόνοιαν ἐποιούμην ὅπλων τε κατασκευῆς καὶ πόλεων ὀχυρότατος. μεταπεμψάμενος δὲ τῆς λῃστῶν τοὺς ἀνδρειοτάτους, ἀφειλόμεθα αὐτῆς τὰ ὅπλα οὐκ οἷόν τε ὂν ἑώρων. ἔπειτα δὲ τὸ πλῆθος μισθοφορίαν αὐτοῖς παρέχειν, ἄμεινον εἶν λέγων ἐκόντας ὀλίγον διδόναι μᾶλλον, ἢ τὰς κτήσεις ἁρπαζομένας ὑπ' αὐτῆς θεωρᾶν. καὶ λαβὼν παρ' αὐτῆς ὅρκους μὴ ἀφίξεσθαι πρότερον εἰς τῆν χώραν, ἐὰν μὴ μεταπληθῶσιν, ἢ ὅταν τὸν μισθὸν μὴ λάβωσιν, ἀπέλυσα, παραγγίλας μήτε ῥωμαίοις πολεμεῖν, μήτε τοῖς πλησίοις, εἰρηνεύθαι γὰρ πρὸ πάντων τῆν γαλιλαίαν ἐφρόντιζον. τοὺς δ' ἐν πόλει τῆς γαλιλαίων, ὅσον ἑβδομήκοντα πάντας βουλόμενος ἐν προφάσει φιλίας καθάπερ ὅμηρα τῆς πίστεως ἔχειν, φίλους τε καὶ συνεκδήμους ἐποιησάμην, ὅτι τε κρίσεις παρελάμβανον, καὶ μὴ γνώμης τῆς ἐκείνων τὰς ὑποφάσεις ἐποιούμην, μήτε προπετείᾳ πειρώμενος τοῦ δικαίου παραβαίνειν, καθαρεύειν ἢ πάντος ἐν αὐταῖς λήμματος. περὶ ἑβδομήκοντα γραῦν ἔτος ὑπάρχων, ἐν ᾧ χρόνῳ κἂν ἀπέχηται τὰς παρανόμων ἐπιθυμίας δυσκολον τοῖς ἐν τοῦ φθόνου βολαὶ φεύγειν, ἄλλως τε καὶ ἐξουσίας ὄντα μεγάλης, γυναῖκα μὴν πᾶσαν αἰσχρὸν φύλαξα, πάντων ἢ τῆς διδομένων ὡς μὴ χρήζων κατεφρόνησα, ἀλλ' οὐδὲ τὰς ὀφειλομένας μοι ὡς ἱερεῖ δεκάτας ἀπελάμβανον παρὰ τῆς κομιζόντων. ἐκ μὲν τοι τῆς λαφύρων μέρεσι τοῖς σύροις τοῖς τὰς πλησίον πόλεις κατοικοῦντας νικήσας ἔλαβον, ἃ καὶ εἰς ἱεροσόλυμα τοῖς συγγενέσιν ὁμολογῶ πεπομφέναι. καὶ δίς μὲν καὶ κρατὸς ἑλὼν σπυφορείτας, τριεκεῖς ἢ τετράκις, γαδαρεῖς δ' ἅπαξ, καὶ τὸν ἰωάννην πολλάκις ἐπιβουλεύσαντά μοι λαβὼν ὑποχείριον, οὔτ' αὐτὸν, οὔτε τινὰς τῆς προειρημένων ἐθνῶν ἐπιμωρησάμην, ὡς προϊὼν ὁ λόγος παρασήσει. ἀφ' ὧν οἶμαι καὶ τὸν θεὸν, ὃ γὰρ λελήθασιν αὐτὸν οἱ τὰ δίκαια πράττοντες, καὶ ἐκ τῆς ἐκείνων ῥύσασθαί με χειρός,

καὶ μὴ

καὶ μὴ ταῦτα πολλοῖς περιπεσόντα κινδύνοις διαφυλάξαι, περὶ ὧν ὕστερον ἀπαγγελῶμεν. τοσαύτη δ' εἶχεν με τοῦ πλήθους τῶν γαλιλαίων εὔνοια καὶ πίστις, ὥστε ληφθεισῶν αὐτῶν καὶ κεφαλῶν τῆς πόλεως, γυναικῶν τε καὶ τέκνων αἰχμαλωτισθέντων, οὐκ ἄτοπα τὰ ἑαυτῶν ἐπεξένεγκον συμφορᾶς, ὥσπερ τὰ ἐμὰς ἐφέρετο σωτηρίας. ταῦτα δ' ὁρῶν ἰωάννης ἐφθόνησε; καὶ γράφει πρός με παρακαλῶν διηγήσασθαι καταβαίνει χρησαθαι τοῖς ἐν τιβεριάδι θερμοῖς ὕδασι, τὰ τῶν στόματος ἕνεκα θεραπείας. κἀγὼ μηδὲν ὑποπτεύσας πρᾶξαι αὐτὸν πονηρὸν ἐκώλυσα. πρὸς τε καὶ τοῖς τιβεριάδος τοῦ διοικήσειν ὑπ' ἐμοῦ πεπιστευμένοις κατ' ὄνομα γράφω, καταλύσειν ἑτοιμάσαι τῷ ἰωάννῃ καὶ τοῖς ἀφικομένοις σὺν αὐτῷ, πάντων τε τῶν ἐπιτηδείων ἀφθονίαν παρασχεῖν. διέρρεον τε καὶ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐν κώμῃ τῆς γαλιλαίας, ἣ προσαγορεύεται καινά. ὁ τε ἰωάννης ἀφικόμενος εἰς τὴν τιβεριέων πόλιν, ἐπειδὴ τοὺς ἀνθρώπους ἀποσαίτας τῆς πρός με πίστεως ἐπείθετο αὐτῷ. καὶ πολλοὶ τοῦ παρακλήσεως ἡδέως ἐδέξαντο νεωτέρων ἐπιθυμοῦντες ἀεὶ πραγμάτων καὶ φύσει πρὸς μεταβολὰς ἐπιτηδείως ἔχοντες, καὶ σάσεσι χαίροντες. μέλλοντα τε ἤδη καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ πιστὸς ὡρμήκεσαν ἀποσαίτες ἐμοῦ προθέσθαι τῷ ἰωάννῃ. διεκώλυσα δ' αὐτοὺς φθάσας. ἦκεν γὰρ ἄγγελός μοι παρὰ σίλα, ὃν ἐγὼ καθεσάκειν τῆς τιβεριάδος στρατηγόν, ὡς προεῖπον, τοῦ τῆς τιβεριέων γνώμῃ ἀπαγγέλλων, κἀμὲ παρακαλῶν, βραδύνοντος γὰρ ὑπὸ τοῦ ἑτέρων ἐξουσίαν γενέσθαι τοῦ πόλιν. ἐντυχὼν οὖν τοῖς γράμμασι, τὸν σίλαν καὶ διακοσίους ἀναλαβὼν ἄνδρας, δι' ὅλης τε νυκτὸς τοῦ πορείαν ἐποιούμην, προπέμψας ἄγγελον τὸν τοῦ ἐμοῦ παρουσίαν τοῖς ἐν τῇ τιβεριάδι σημανοῦντα. πρωὶ δὲ πλησιάζοντός μου τῇ πόλει, τὸ πλῆθος ὑπεδέχετο καὶ ἰωάννης σὺν αὐτοῖς, ὃς καὶ πάνυ με τεταραγμένως ἀσπασάμενος, δείσας μὴ εἰς ἔλεγχον αὐτοῦ τε πράξεως ἀφικομένης ἀπολέσθαι κινδυνεύσῃ, ὑπεχώρησε μὴ ἀποδεῖξαι εἰς τοῦ ἑαυτοῦ κατάλυσιν. κἀγὼ δὲ γενόμενος καὶ τὸ στάδιον, τοὺς περὶ ἐμὲ σωματοφύλακας ἀπολύσας, πλὴν ἑνός, καὶ μετὰ τούτου καταβὰς δέκα τῶν ὁπλιτῶν, δημηγορεῖν ἐπειρώμην τῷ πλήθει τῶν τιβεριέων σαφὲς ὅτι ἐξιγχῶ τινος ὑφηλοῦ, παρεκάλουν τε μὴ ἄτοπα αὐτοὺς ταχέως ἀρίσκεσθαι, κατάγνωσιν γὰρ αὐτοῖς οἴσειν τοῦ μεταβολοῦ, καὶ τῆς μετὰ ταῦτα προϊσαμένων δι' ὑποψίας γενήσεσθαι δικαίας, ὡς μήτε τοῦ πρὸς ἐκεῖνον πίστιν φυλαξάντων. ἔστω δέ μοι πάντα λελάλητο, καὶ τινος ἐξήκουσα τῶν οἰκείων καταβαίνειν κελεύοντος. ἐ γὰρ μοι καιρὸν ἐφρόντιζεν τῆς παρὰ τιβεριέων δόξης, ἀλλὰ περὶ τῆς ἰδίας σωτηρίας, καὶ πῶς τοῖς ἐχθροῖς ἐκφύγω. πεπόμφει δὲ ὁ ἰωάννης τῶν περὶ αὐτὸν ὁπλιτῶν ἐπιλέξας τοὺς πιστοτάτους ἐκ τῶν χιλίων οἱ περ ἦσαν αὐτῷ, καὶ προστάξειν τοῖς πεμφθεῖσιν ἀπελεῖν με, πεπυσμένος ὡς ἐκεῖ μετὰ τῶν οἰκείων μεμονωμένος. ἦκον δ' οἱ πεμφθέντες, κἂν ἐπεπράχεισαν τοῦργον, εἰ μὴ τοῦ τειγχοῦ θᾶττον ἀφαλλόμενος ἐγὼ μὴ τοῦ στοματοφύλακος ἰακώβου, καὶ ὑπό τινος τιβεριέως πρώδου προσαπαχθεῖς, ὁ διηγηθεὶς ὑπὸ τούτου ἐπὶ τοῦ λίμνου, καὶ πλοίου λαβόμενος, καὶ ἐπιβὰς παρὰ δόξαν τοῖς ἐχθροῖς διαφυγών, εἰς ταρίχειας ἀφικόμην. οἱ δὲ τοῦ πόλιν ταύτην κατοικοῦντες, ὡς ἐπύθοντο τοῦ τῆς τιβεριέων ἀπιστίαν, σφόδρα παρεξυνήθησαν· ἁρπάσαντες οὖν τὰ ὅπλα παρεκάλουν σφᾶς ἄγειν ἐπ' αὐτούς. θέλειν γὰρ ἔφασκον

A & pòst sæpe è multis periculis, sicut suo loco dicetur. Tanta autem erga me erat vulgi Galilæorum fides ac beneuolentia, vt expugnatis eorum oppidis, & in captiuitatem abductis familiis, non tantum gemitus suis calamitatibus, quantum curæ incolumitati meæ tuendæ impenderent. Hæc videntem Ioannem inuidia subiit: rogauitque me per litteras vt sibi permitterem valetudinis causa apud Tiberiadem foueri aquis calidis: quod ego nihil suspicans libenter annui: quin & his quibus ciuitatibus administratio per me fuerat credita scripsi, vt diuersorium ei pararent & comitibus, rerumque ad commodum victum idonearum copiã. ipse interim agebam in vico Galilææ qui Cana dicitur. Ioannes autem postquam venit Tiberiadem, egit cum oppidanis vt obliti datæ mihi fidei ad se deficerent: multíque preces eius libenter admiserunt, homines gaudentes nouitatibus, & mutationum auidi proclíuésque ad diffidia: præcipuè verò Iusto & patri eius Pisto cupidè arrepta est deficiendi à me ad Ioannem occasio. id tamen consilium interuentu meo feci irritum. Venerat enim ad me à Sila, quem Tiberiensibus ducem præfeceram, nuncius voluntatem eius populi indicans, & hortans vt properem: alioquin fore vt ciuitas breui in aliorum potestatem veniat. lectis igitur Silæ literis, cum ducentis viris per totam noctem iter feci, præmisso nuncio qui aduentũ meum significaret Tiberiensibus. manè autem iam ciuitati proximo plebs mihi venit obuiam, & Ioannes inter alios. qui cùm valde turbato vultu me salutasset, veritus ne detecto suo conatu veniret in capitis periculum, properè se recepit in diuersorium. cúmque peruenissem in stadium, dimissis absque vno satellitibus, retentíque decem armatis, alloqui cœpi concionem Tiberiensium stans in celso quodam suggesto: hortabárque eos ne tàm citò deficerent, alioqui fore vt breui eos fidei mutatæ pœniteat: neque illis posthac quenquam creditum facilè, nimirum meritò suspectis ob hanc præsentem perfidiam. Vix hæc effatus eram, cùm audio ex meis quendam iubentem me descendere. non enim tempus esse conciliandæ Tiberiensium beneuolentiæ, sed prospiciendi incolumitati propriæ, quomodo inimicos effugiam. Ioannes enim postquam didicit me penè solum esse, delectos è mille suis militibus fidissimos miserat iussos me interficere: iámque veniebant, & patratum fuisse facinus, nisi ocyus desiluissem cum Iacobo satellite, subleuatus ab Herode Tiberiensi: à quo deductus ad lacum, nauigio quod fortè ibi nactus sum conscenso, ciuitatis præter opinionem inimicis peruenì Taricheas. eius vrbis incolæ audita Tiberiensium perfidia vehementer irati, correptis armis hortabantur vt se contra eos ducerem, dicentes se velle

vlcisci læsi ducis iniuriam, facinúsque hoc re- A
nunciabant per totam Galilæam, quo omnes
concitarent contra Tiberiada, rogantes vt frequentes ad se conuenirent, facturi de consilio
ducis id quod visum fuerit. itaque magnus vndique Galilæorum armatorum concursus factus est, postulantium vt Tiberiada inuaderem, expugnatámque diruerem, & incolas cum totis familiis sub hasta venderem.
idem suadebant & amici qui ex ea vrbe euaserant. ego verò non annuebam, indignum B
ratus ciuilis belli initium facere, & censens
non debere eam contentionem vltra verba
progredi: imò ne ipsis quidem aiebam id conducere, si Romanis inspectantibus diffidiis
intestinis se conficiant. hac ratione demum
Galilæorum ira placata est. Ioannes porrò vbi
non successerunt insidiæ, sibiipsi timuit, &
assumptis armatis quos circa se habebat relicta Tiberiade Gischala petiit: inde ad me scripsit factum excusans, quasi non fuisset eius C
conscius: rogabátque nequid suspicarer de
ipso, addens iuramenta cum diris execrationibus, quo magis scriptis suis fidem astruerer. At Galilæi, quorum è tota regione denuò magnus cum armis affluxerat numerus,
scientes hominem esse malum & periurum,
rogabant vt se contra eum ducerem, promittentes funditus se deleturos & ipsum &
patriam eius Gischala. Actis igitur pro fauore gratiis, pollicitus sum me eis non cessurum D
officiis ac beneuolentia: rogabam tamen vt cohiberent seipsos, & darent mihi veniam quòd
tumultus compescere mallem absque cædibus. concesserunt id mihi Galilæi, móxque Sephorim venimus. oppidani autem quibus decretum erat permanere in fide Romani populi, timentes meum aduentum, conati sunt
me in alia negocia distrahere, quo ipsi securiùs degerent: missóque nuncio ad Iesum latronum principem agentem in confiniis Pro- E
lemaidis, magnam pecuniam ei sunt polliciti, si cum octingentorum manu quam alebat,
peritiam legum in me probent, dicendum nec sibi ignotos esse ritus patrios. quòd si sacerdotij nomine me diligi dixerint, referendum ex ipsis quoque duos fungi sacerdotio. ita instructi collegæ Ionathæ argenteorum quadraginta millia ex ærario accipiunt. Et quia per id tempus Iesus quidam Galilæus cum sexcentorum militum cohorte Hierosolyma venerat: accitum hunc numerato trium mensium stipendio conducunt, iussum sequi Ionatham & collegas, imperatáque eorum facere: eisque adiungunt trecentos ciues mercede autoratos similiter. His ita paratis legati proficiscuntur, comitante Ioannis fratre cum suis centum militibus, mandatum habentes ab his, qui se miserant, vt si sponte ab armis discederem, viuum me Hierosolyma mitterent: si repugnarem, freti mandato impune interficerent. Eisdem etiam literæ ad Ioannem datæ sunt, hortantes, vt sit paratus bellum contra me gerere. quin & Sephoritis, Gabaritis atque Tiberiensibus autores fuerunt, vt Ioanni contra me ferrent auxilia. Hæc cùm pater meus ex Iesu Gamalæ filio consiliorum omnium participe mihique amico cognita ad me perscripsisset, male me habuit ingratitudo ciuium per inuidiam occidere me volentium, nec minus ægrè ferebam vocari me solliciti parentis precibus, dicentis cupere se meum conspectum ante obitum. quapropter amicis aperui omnia, addens post triduum relicta præfectura abiturum me in patriam. quo audito mœsti omnes & flentes deprecabantur ne se deseram perituros si destituantur meo imperio. Cùmque apud me propriæ salutis quàm precum illorum potior haberetur ratio, veriti Galilæi ne ob meum discessum contemnerentur à latronibus dimissis nuntis per totam regionem suam indicant me velle discedere. quo audito multi vndiq; conuenerunt cum vxoribus & liberis non tam mei desiderio, vt opinor, quàm metuentes sibimet. me enim præsente in tuto sibi esse videbantur. Venerunt igitur ad me; popularitèr in Magnum campum, vbi tum agebam apud vicum Asochim: quo tempore mirabile somnium noctu mihi obseruatum est. cùm enim in cubili essem mœstus & turbatus ob recens acceptas literas, visus est mihi vir quidam adstans dicere: Desine ô bone tristari & metuere. nam hæc tristia magnum te reddent ac fortunatum per omnia. succedent enim feliciter non hæc solùm, sed & multa alia. quare perdura memor quòd oporteat te & cum Romanis bellum gerere. Post hoc somnium surrexi volens in campum descendere. tum verò me conspecto multitudo Galilæorum mixta mulieribus & pueris prostrata in faciem cum lacrymis supplicabat ne se imminente hoste deseram, neve meo discessu regionem suam prodam inimicorum iniuriis. & cùm precibus nihil agerent, adiurabant me, vt maneam, iactantes multa

A δχὰ τὴν ἐμπειρίαν τῶν νόμων, μηδὲ αὐτοὺς ἀγνοεῖν ἔθη τὰ πάτρια φάσκειν. εἰ δὲ αὖ δχὰ τὴν ἱερωσύνην λέγοιεν ἀγαπᾶν με, καὶ αὐτῶν ὑποκείναθαι δύο ἱερεῖς ὑπάρχειν. ταῦθ' ὑποθέμενοι οἱ περὶ τὸν ἰωνάθην τέσσαρας μυριάδας ἀργυρίου δίδοασιν αὐτοῖς ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων. ἐπεὶ δέ τινα γαλιλαῖον ἤκουσαν ἰησοῦ ὄνομα πρὸς αὐτὸν τάξιν ἑξακοσίων ὁπλιτῶν ἔχειν ὑπὸ δημοσιῶτα τοῖς ἱεροσολύμοις, τότε μεταπεμψάμενοι τοῦτον καὶ χιλίων μισθὸν δόντες, ἐκέλευσαν ἕπεσθαι τοῖς περὶ τὸν ἰωνάθην πρὸς τὸν ἄρχοντας αὐτοὺς. καὶ τῶν πολιτῶν ὃ χιακοσίοις αὐδεάσι δόντες ἀργύριον εἰς τεσχιλίων ὅλων, προσέταξαν ἀκολουθεῖν τοῖς πρέσβεσιν. πειθέντων δὲ αὐτῶν, καὶ πρὸς τὴν ἔξοδον δυσχερανθέντων, δέεσαν οἱ περὶ τὸν ἰωνάθην σὺν τέτοις, ἐπαγόμενοι καὶ τὸν ἀδελφὸν τὸν ἰωάννου καὶ ὁπλίτας ἑκατὸν, λαβόντες σίδηρας ὡδὰ τῶν πεμψάντων, εἰ μὴ ἐκὼν καταθείμην τὰ ὅπλα, ζῶντα πέμπειν εἰς τὴν τῶν ἱεροσολυμιτῶν πόλιν, εἰ δ' ἀντιβασοίμην, ἀποκτεῖναι μηδὲν δεδιότας, αὐτῶν γὰρ εἶναι τὸ πρόσταγμα, ἐγεγράφησαν δὲ καὶ πρὸς ἰωάννην πρὸς τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμον ἑτοιμάζεσθαι, βοῆς τε σκεφόμενον καὶ γάζαρα κατικοῦσι καὶ τιβεριεῦσι πρεσβύτατον συμμαχίαν τοῦ ἰωάννου πέμπειν. ταῦτα μοι τοῦ πατρὸς γράψαντος, δέξασθαι δὲ πρὸς αὐτὸν ἰησοῦς ὁ τοῦ γαμαλᾶ τὸν ἐν αὐτῇ τῇ βουλῇ θυμούμενον εἰς, φίλος ὢν καὶ σωκήθης ἐμοὶ, σφόδρα πρὸς ἐπλάγησα, τοὺς τε πολίτας οὕτω πρὸς ἐμὲ θυμουμένους ἀχαρίστους ὑπηνοῦς δχὰ φθόνον αἱρεθεῖσαι με πρεσσάζαι, καὶ τοῦ τὸν πατέρα δχὰ τῶν γεαμμάτων πολλά με παρακαλεῖν ἀφικέσθαι πρὸς αὐτὸν, πρὸ θεῖν γὰρ ἔφη θεασάσθαι τὸν ἐμὸν πρὸ τοῦ τελευτῆσαι. ταῦτα δὴ πρὸς τοὺς φίλους εἶπον, καὶ ὅτι μετὰ τρίτον ἡμέραν καταλιπὼν τὴν χώραν αὐτῶν εἰς τὴν πατρίδα πορεύσοιμι. λύπη δὲ ἅπαντας τοὺς ἀκούσαντας κατέχει, παρεκάλουν τε κλαίοντες μὴ ἐγκαταλιπεῖν αὐτοὺς ὁπλεμίοις, εἰ τῆς ἐμῆς φρατρίας ὑποστρεφθεῖεν. ὁ καταδύοντος δέ μου τὴν ἱκετείας αὐτῶν, ἀλλὰ πρὸς τῆς ἐμαυτοῦ φροντίζοντες σωτηρίας, δείσαντες οἱ γαλιλαῖοι μὴ ἀπελθόντος δυκαταφρονηθοῖ τοῖς λησταῖς γένωντο, πέμπουσιν εἰς τὴν γαλιλαίαν ἅπασαν τοὺς σημαινοῦντας τὸν ἐμὸν γνώμην πρὸς τὴν ἀπαλλαγῆς. πολλοὶ δὲ καὶ παιδαχόθεν συνῆχθησαν. ὡς ἤκουσαν, μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων, ὁ πόθω δοκῶ μοι τοῦ πρὸς ἐμὲ μᾶλλον, ἢ τοῦ πρὸς αὐτῶν δέος τοῦτο πρᾶττοντες, ἐμοῦ γὰρ ὠδαμῶνος πρόσεσθαι κακὸν ἐδὲν ὑπελάμβανον. ἦσαν οὖν πάντες εἰς τὸ μέγα πεδίον ἐν ᾧ διέτριβον, ἀσοχεῖς ὅστιν ὄνομα τόπῳ. θαυμάσιον οἷον ὄνειρον δχὰ τὴν νυκτὸς ἐκείνης ἐθεασάμην. ἐπεὶ γὰρ εἰς κοίτην ἐτραπόμην δχὰ τὰ γραφέντα λυπούμενος καὶ τεταραγμένος, ἔδοξα τινὰ λέγειν ὁρᾶν μοι, παῦσαι τὴν ψυχὴν ὦ δοῦ, ἀλγῶν, πάντος τ' ἀπαλλάσσου φόβου. τὰ γὰρ λυπεῖν τὰ σε μέγιστον ποιήσει, καὶ ἐν πᾶσιν δυτυχέστατον. κατορθώσεις δ' ὐ μόνον ταῦτα, ἀλλὰ καὶ πολλὰ ἕτερα. μὴ κάμνε δὴ, μέμνησο δ' ὅτι καὶ ῥωμαίοις δεῖ σε πολεμῆσαι. τοῦτον δὴ τὸν ὄνειρον θεασάμενος, δχανίσαμαι καταβῆναι προθυμούμενος εἰς τὸ πεδίον. πρὸς δὲ τὴν ἐμὴν ὄψιν πᾶν τὸ πλῆθος τῶν γαλιλαίων, ἦσαν δ' ἐν αὐτοῖς γυναῖκες τε καὶ παῖδες, ὑπὸ σόμα ῥίψαντες ἑαυτοὺς, καὶ δακρύοντες ἱκέτευον μὴ σφᾶς ἐγκαταλιπεῖν τοῖς πολεμίοις, μηδὲ ἀπελθεῖν ἐάσαντα τὴν χώραν αὐτῶν ἐν ὑβρισμοῖς τοῖς ἐχθροῖς ἐσομένῳ. ὡς δὲ τὴν δέησιν οὐκ ἔπειθον, κατηνάγκαζον ὅρκοις μένειν παρ' ἑαυτοῖς· ἐλοιδοροῦντό τε

B

C

D

E

F

G

τῷ

τῷ δήμῳ πολλὰ τῆς ἱεροσολυμιτῶν, ὡς εἰρωδεύεσθαι τὴν χώραν αὐτῶν ἐν ἑῴνῃ. ταῦτα δὴ καὶ ἐπακούων αὐτῶν καὶ βλέπων τὸ πλῆθος τῶν κατηφείαν, ἐκλάθην φόβος ἔλεον, ἄξιον εἶναι νομίζων ὑπὲρ τοσούτου πλήθους καὶ φοβήλους κινδυνεύειν ὑπομένειν. κατέμενον δὲ μένειν, καὶ πεντακισχιλίους ἐξ αὐτῶν ὁπλίτας ἥκειν κελεύσας ἔχοντας ἑαυτοῖς τροφάς, ὅθεν τὰς οἰκήσεις ἐγραφῆκα τοῖς ἄλλοις. ἐπεὶ δὲ οἱ πεντακισχίλιοι παρεγένοντο, τούτοις εἰαλαβὼν καὶ ἑξακισχιλίοις τοῖς σὺν ἐμαυτῷ στρατιώτας, ἱππεῖς δὲ ὀγδοήκοντα, τῶν πορείαν, εἰς χαβωλὼ κώμην πολεμαΐδος μεθόριον οὖσαν ἐποιησάμην. κἀκεῖ τὰς δυνάμεις συνεῖχον ἑτοιμάζεσθαι σκηπτόμενος ὅθεν τὸν φοῦς πλάκιδον πόλεμον. ἀφίκετο δὲ οὐδὲ μὴν δύο ἀπειρῶν πεζῶν στρατεύματος καὶ ἱππέων εἴλης μιᾶς ὑπὸ κεστίου γάλλου πεμφθεὶς, ἵν' ἐμπρήσῃ τὰς κώμας τῆς γαλιλαίων, αἳ πλησίον ἦσαν πολεμαΐδος. βαλλόμενος δὲ ἐκείνου χάρακα φεὸ τῆς πολεμαέων πόλεως, πέθεμαι κἀγὼ στρατόπεδον τῆς κώμης ὅσον ἑξήκοντα σταδίους ἀπέχων. πολλάκις μὲν οὖν τὰς δυνάμεις φεοπηγάγομεν ὡς εἰς μάχην, πλέον δὲ οὐδὲν ἀκροβολισμὸν ἐφεάξαμεν. ὁ γὰρ πλάκιδος ὅσον περ ἐγίνωσκε ἀποδιδόντα με φεὸς μάχην, αὐτὸς καταπλησσόμενος ὑπεστέλλετο, τῆς μὲν τοῖ πολεμαΐδος ἐν ἐχωρίζετο. κατὰ τοῦτον δὴ τὸν καιρὸν ἀφικόμενος ἰωνάθης μὴ τῆς συμφρίσεων, ὃν ἔφαμεν ἐκ τῆς ἱεροσολυμῆς ὑπὸ τῆς φεὶ σίμωνα καὶ ἀνανον τὸν ἀρχιερέα πεφέμφθαι, λαβεῖν με δὲ ἐνέδρας ἐπεβούλευεν, φανερῶς γὰρ ὑπεχειρεῖν ἐν ἐτόλμα. γράφει δὲ φεός με τοιαύτην ὑπεσολήν. ἰωνάθης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πεμφθέντες ὑπὸ τῆς ἱεροσολυμιτῶν ἰωσήπῳ χαίρειν. ἡμεῖς ὑπὸ τῆς ἐν ἱεροσολύμοις φρώτων ἀκούσαντες τὸν ἀπὸ γαχάλων ἰωανήν ὑπεβεβουλευκέναι σοι πολλάκις, ἐπέμφθημεν ὑπωλήξοντες αὐτῷ, καὶ παραγένοντες εἰς τὸ λοιπὸν ὑπακούειν σοι. βουλόμεθα δὲ σὺν σοὶ θέλοντες φεὶ τῆς κοινῆς φεαγμάτων ὀλίγα καλεῖν ἥκειν θᾶττον φεὸς ἡμᾶς μὴ μετὰ πολλῶν· οὐ δὲ γὰρ ἡ κώμη δύναται αὐ στρατιῶν πλῆθος ὑπεδέχεσθαι. ταῦτα δὲ ἔγραφον φεοσδοκῶντες δυοῖν θάτερον, ἢ ὅτι χωρεῖς ὅπλων ἀφικόμενον φεὸς αὐτοὺς, ἔξουσιν ὑποχείριον, ἢ πολλοὶ ἐπαγόμενον κεινῶσι πολέμιον. ἦκεν δὲ μοι τῶν ὑπεσολῶν ἱππεὺς κομίζων θεσσοὺς ἄλλως ναυίας τῆς ὀλίγα βασιλεῖ ποτὲ στρατεύσαμενον. ἐν δὲ ὥρᾳ νυκτὸς ἤδη δευτέρᾳ καθ' ἑν ἐτύγχανον μὴ τῆς φίλων καὶ τῆς γαλιλαίας φρώτων ἑστιώμενος. οὐδὲ δὴ φεοσαγγείλαντος οἰκέτου μοι ἤκειν τινὰ ἱππέα ἰουδαῖον εἰσκληθεὶς ἐμοῦ κελεύσαντος, ἠσπάσατο μὲν οὐδὲν ὅλως, τῶν ὑπεσολῶν φεοτείνας, ταύτην εἶπεν οἱ ἐξ ἱεροσολύμων ἥκοντες φεπόμφασί σοι. γράφει δὲ τάχιστα καὶ σύ, καὶ γὰρ ἐπείγομαι φεὸς αὐτοὺς ὑποστρέφειν. οἱ μὲν οὖν κατακείμενοι τῶν τῆς στρατιώτου τόλμαν ἐθαύμασαν, ἐγὼ δὲ καθίζεσθαι παρεκάλουν καὶ συνδειπνεῖν ἡμῖν. ἀρησαμένου δὲ, τῶν μὲν ὑπεσολῶν μετὰ χεῖρας εἶχον ὡς ἐνδεξάμενον, φεὸς δὲ τοῖς φίλοις φεὶ φεαγμάτων ἑτέρων τῶν ὁμιλίαν ἐποιούμεν. μετ' ὀλίγον δὲ ὥρᾳν ἐξαναστὰς, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἀπολύσας ὑπὸ κοίτην, πόσαραί δὲ μοι μόνον τῆς ἀναγκαίων φίλους φεοσμεῖναι κελεύσας, καὶ τὴν παρὰ φεοσάξας οἶνον ἑτοιμάσαι, τὴν ὑπεσολῶν ἀναπτύξας μηδενὸς ἐμβλέποντος. καὶ ἐξ αὐτῆς τάχυ σωνεὶς τὴν τῆς γραφόντων ὑπόνοιαν, πάλιν

conuicia in Hierosolymitanum populum, qui se in pace non sinerent. Hæc audiens & videns plebis mœstitiam flexus sum misericordia: non indignum ratus pro tanta multitudine, vel apertum sustinere periculum. itaque mansurum me annui, & iussis adesse ex omnio numero quinque millibus cum armis ac commeatibus, cæteros dimisi in suam quenque patriam. cúmque præsto essent illa quinqua millia, assumptis his & tribus millibus militum quos antè habueram, & octoginta equitibus, iter feci in vicum Chabolonē situm in confiniis Ptolemaidis: ibique continebam paratas copias, quasi gesturus bellum contra Placidum. venerat is cum duabus cohortibus & turma equitum, missus à Cestio Gallo, vt incenderet vicos Galilæorum vicinos Ptolemaidi, & cum ille militem suum vallo cinxisset non longè à Ptolemaidensium mœnibus, ego quoque castra metatus sum procul à Chabolone sexaginta stadiis. quapropter sæpe militem vtrinque produximus quasi conflicturi prælio, sed conatus omnis intra velitationes constitit. quippe Placidus quanto auidiorem pugnandi me cerneret, tanto magis ipse metu detrectabat prælium, nusquam secedens à Ptolemaide. Per idem tempus veniens cum collegis Ionathas, quem missum Hierosolymis diximus à factione Simonis & Anani pontificis, conabatur me per insidias capere, non ausus apertè aggredi: scripsitque ad me literas huiusmodi. Ionathas & collegæ legati Hierosolymitarum Iosepho salutem. Quoniam Hierosolymis relatum est eius ciuitatis primatibus, Ioannem Gischalenum sæpe tibi tetendisse insidias, miserunt nos, vt obiurgaremus hominem, iuberemúsque in posterum imperata tua facere. quare, vt de tuo quoque consilio prouideamus in futurum quid agendum sit, rogamus quamprimum ad nos non magno comitatu venias: neque enim vicus hic capit turbam militum. hæc ita scripserunt alteruttum sperantes, aut habituros se venientem sine armis obnoxium: aut si copias armatas adducerem, iudicaturos perduellem patriæ. has literas quidam eques attulit, iuuenis audax, qui olim regi militauerat. erat autem hora noctis iam secunda, & fortè cum amicis Galilæorúmque optimatibus discumbebam in conuiuio. cúmque famulus renunciasset venisse ad me quendam Iudæum equitem, meo iussu intrò vocatus salutauit neminem, tantùm epistola prolata, hanc, inquit, tibi mittunt, qui nunc venerunt Hierosolymis. & alij quidem conuiuæ mirabantur frontem militis: ego verò hortatus sum eum sedere & nobiscum cœnam sumere. quod vbi recusauit, epistolam ita, vt acceperam manu retinens, cum amicis fabulabar de rebus aliis: ac paulo pòst surgens ablegatis aliis cubitum, retentísque solùm quatuor amicis intimis, & puero iusso vinum promere, apertam epistolam percurri videntem nemine: & celeriter animaduerso argumento denuò

complicatam tenens manibus ac si nondum legissem, iussi militi viginti drachmas numerari in viaticum: quibus acceptis cùm egisset gratias, intelligens hominem lucri esse cupidum, & hoc facile expugnabilem: Si inquam nobiscum potare volueris, accipies drachmam in singulos cyathos. accepit ille conditionem, & multum vinum ingurgitans quo plus mereret pecuniæ, iámque ebriùs secreta continere non potuit: sed nemine rogante vltro fassus est structas mihi insidias, & quòd damnatus essem capitis. Quibus auditis rescripsi ad hunc modum. Iosephus Ionathæ & eius collegis salutem, Quod valetis, quódque in Galilæam venistis gaudeo, maximè quia iam possum traditis vobis rerum gubernaculis reuerti in patriam, cuius reuiscendæ iampridem desiderio teneor. quamobrem libenter ad vos non solùm in Xallo venirem, sed longius etiam, vel si nemo me accerseret. Veniam tamen dabitis non valenti nunc id facere. apud Chabolonem enim manendum est, & obseruandus Placidus, ne quod conatur irrumpat in Galilæam. præstat igitur, vt ipsi vos huc conferatis ad me lecta hac epistola. Valete. His literis datis ad perferendum militi, misi cum eo triginta Galilæorum nobilissimos, iussos salutare tantum homines illos, & nihil dicere præterea. additis etiam singulis militibus fidis in singulos, qui obseruarent ne missi à me aliquod haberent cum Ionatha colloquium. Post horum discessum legati frustrati prima experientia, aliam epistolam mihi scripserunt talem. Ionathas cæterique legati Iosepho salutem. Denunciamus tibi, vt absque militibus ad tertium diem venias ad nos in oppidum Gabara, cognituros de Ioanni obiectis per te criminibus. His scriptis & consalutatis Galilæis quos miseram veniunt in Iapham vicum Galilææ maximum & munitissimum refertúmque habitatoribus: vbi excepti sunt clamoribus plebis vociferantis vnà cum mulieribus ac pueris, abirent, & sinerent se frui duce optimo: eadémque erat vox omnium, nullius nisi Iosephi se parituros imperio. Itaque legati hinc discedentes infecto negocio, Sephorim se conferunt vrbem Galilææ maximam: cuius incolæ studiosi Romanorum venientibus quidem prodierunt obuiam: de me autem nihil dixerunt, nec in laudem nec in vituperium. at postquam inde descenderunt in Asochim, qualibus apud Iaphenos excepti sint clamoribus: nec iam cohibentes iracundiam, iubent suos milites, vt fustibus acclamatores illos abigant. Gabara autem venientibus præsto fuit Ioannes cum tribus militum millibus. At ego, qui iam ex literis præsenseram quòd bellum mihi inferre decreuerint, assumptis tribus millibus militum, relictóque in castris quodam amico fidissimo, recepi me in Iotapata, vt vicinus ei essem

A αὐτὴν ἐσημειωάμην, ὡς μὴ φεραπείνωπκὼς, ἀλλὰ μὴ χεῖρας αὐτὴν ἔχων, φεοσέταξα τῷ ςρατιώτῃ δραχμὰς εἴκοσιν ἐφόδιον δοθῆναι. τῶν δὲ λαβόντος καὶ χάριν ἔχειν φήσαντος, σωνεὶς τὴν ἀμφοκερδίαν αὐτοῦ, καὶ ὡς ταύτῃ μάλιςά ἐςιν ἁλώσιμος, ἀλλ' εἰ συμπεῖν ἡμῖν ἔφλω θελήσειας, λήψει κὴ κύαθον δραχμὴν μίαν. ὁ δὲ ἀσμένως ὑπήκεσεν, καὶ πολὺν τὸν οἶνον φεοσφερόμενος ὑπὲρ τὸ πλεῖον λαβεῖν ἀργύριον, καὶ μεθυσθεὶς, ὡς ἔτι τὰ ἀπόῤῥητα κρύπτειν ἐδύνατο, ἀλλ' ἔφραζεν ἃ ἐρωτώμενος τῷ τε συνεπιδυασμένῳ ὀςιδιαλίῳ, καὶ ὡς κατεψηφισμένος εἴη θανάτου παρ' αὐτοῖς. ταῦτα ἀκούσας ἀντιγράφω τὸν τρόπον τοῦτον. ἰώσηπος ἰωνάθῃ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ χαίρειν. ἐῤῥωμένους ὑμᾶς εἰς τὴν γαλιλαίαν ἥκειν πυθόμενος ἥδομαι, μάλιςα δὲ ὅτι δυνήσομαι φανερὰς ὑμῖν τὴν τῆς οἰκείας φεαγμάτων ἐπιμέλειαν, εἰς τὴν πατρίδα πορεύθῆναι, τοῦτο γὰρ καὶ πάλαι ποιεῖν ἤθελον. εἰ δὲ μὴ σοὶ μὴ μόνον εἰς ξάλλω παραγενέσθαι με φεὸς ὑμᾶς, ἀλλὰ πόῤῥω, καὶ μὴ ἂν κελεύσαντων. συγγνώμης δὲ τυχεῖν ἀξιῶ μὴ δυνάμενος τοῦτο ποιῆσαι. φανερὰ γὰρ ἐν χαβαλὼ πλακίδιον εἰς τὴν γαλιλαίαν ἀναβῆναι δὲ ἐννοίας ἔχοντα. ἥκετε οὖν ὑμεῖς φεὸς με τὴν ὀπισολὴν ἀναγόντες. ἐῤῥωσθε. ταῦτα γράψας καὶ δυὸς τῷ ςρατιώτῃ φέρειν σωνεξέπεμψα τριάκοντα τῶν γαλιλαίων δοκιμωτάτους, ἐπιτρέψας αὐτοῖς ἀσπάσασθαι μὲν ἐκείνους, ἕτερον δὲ μηδὲν λέγειν. ἕκαςα δὲ καθ' ἕκαςον αὐτῶν πιςῶν ὁπλίτην ἕνα φανερὰ φύλαξον τα, μή τις τοῖς φεμφθεῖσιν ὑπ' ἐμοῦ φεὸς τοὺς φεὶ τὸν ἰωνάθην ὁμιλίας γένηται. καὶ οἱ μὲν ἐπορεύθησαν. οἱ δὲ φεὶ τὸν ἰωνάθην ἀ φρόντις πείρας ἁμαρτόντες, ἑτέραν ὀπισολήν μοι τοιαύτην ἔπεμψαν. ἰωνάθης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἰωσήπῳ χαίρειν. φανερὰ γὰρ ἀγγέλλομέν σοι χρεὶς ὁπλίτην εἰς ξίτην φανερὰ γένεσθαι φεὸς ἡμᾶς εἰς γαβαρὰν κώμην, ἵνα δηλώσωμέν σοι φεὸς ἰωάννην ἐγκλημάτων σοι γεγενόντων. ταῦτα γράψαντες καὶ ἀσπασάμενοι τοὺς γαλιλαίους οὓς πέπομφα, ἀφίκοντο εἰς ἰάφαν κώμην μεγίςην οὖσαν τῆς ἐν τῇ γαλιλαίᾳ, τέχεσι ὀχυρωτάτην, καὶ πολλῶν οἰκητόρων μεςήν. ὑπέλαβον δὲ τὸ πλῆθος αὐτοὺς μὲν γυναικῶν καὶ τέκνων, καὶ κατεβόων κελεύοντες ἀπιέναι καὶ μὴ φθονεῖν αὐτοῖς ἀγαθοῦ τοῦ ςρατηγοῦ. παρηρεθίζοντο δὲ ταῖς φωναῖς οἱ φεὶ τὸν ἰωνάθην, ὡς φανερῶς μὲν τὴν ὀργὴν ἀπέλμων. ἐπαξιώσαντες δὲ αὐτοὺς ἀποχείσεως, εἰς τὰς ἄλλας κώμας ἐπορεύοντο. ὅμοια δὲ ὑπέλαβον αὐτοῖς φανερὰ πάντων αἱ καταβοήσεις, μεταφείσεν αὐτοὺς βοώντων ἡδέα φεὶ τὸ ςρατηγὸν ἔχειν ἰώσηπον. ἀφεκτοι δὲ φανερὰ τούτων ἀπελθόντες οἱ φεὶ τὸν ἰωνάθην εἰς σεπφωρὶν μεγίςην τῆς ἐν τῇ γαλιλαίᾳ πάλιν ἀφικνοῦνται. οἱ δὲ ἐνταῦθεν ἄνθρωποι φεὸς ῥωμαίους ταῖς γνώμαις ἀποβλέποντες, ἐκείνοις μὲν ὑπήντων, ἐμὲ δὲ οὔτε ἐπῄνουν, οὔτε ἐβλασφήμουν. φανερὰ δὲ σεπφωρεῖται εἰς ἀσόχιν καταβαίνοντες, οἱ ἐνταῦθεν παραπλησίως τοῖς ἰαφιωοῖς κατεβόων αὐτῶν. οἱ δὲ τὴν ὀργὴν οὐκέτι κατέχοντες, κελεύουσι τοῖς μετ' αὐτῶν ὁπλίταις τύπτειν ξύλοις τοὺς καταβοῶντας. καὶ γαβαρὰν δὲ ἐλθόμενοι, ὑπαντιάζει μὲν χιλίων ὁπλιτῶν ἰωάννης. ἐγὼ δὲ σὺν τῇ ὀπισολῇ ἤδη σωνῆκα, ὅτι διεγνώκασι φεὸς με πολεμεῖν, λαβὼν ἀπὸ χαβαλὼν μὲν τετρακισχιλίων ὁπλιτῶν, καταλιπὼν δὲ τῷ ςρατοπέδῳ τὸν πιςότατον τῶν φίλων εἰς ἰωτάπατα παραγενόμενος, πλησίον αὐτῶν ἐν βουλόμενος, ὅσον

B

C

D

E

F

ἀπὸ

ἀπὸ τεσσαράκοντα σταδίων. καὶ γράφω πρὸς αὐτοὺς τάδε. εἰ πάντως με πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν βούλεσθε, διακόσιαι καὶ τέσσαρες καὶ τὴν Γαλιλαίαν εἰσὶ πόλεις καὶ κῶμαι. τούτων εἰς ἣν θελήσετε παρραδιδόσομαι χωρὶς Γαβάρων καὶ Γισχάλων. ἡ μὲν γὰρ πατρίς ἐστιν Ἰωάννου. ἡ δὲ σύμμαχος καὶ φίλη. ταῦτα τὰ γράμματα λαβόντες οἱ περὶ τὸν Ἰωνάθην, ἅτε ἐπὶ μὲν αὐτὴν γράφουσιν. συνέδριον δὲ τῶν φίλων καθιστάντες καὶ τὸν Ἰωάννην παραλαβόντες, ἐβουλεύοντο τίνα τρόπον ἐπιχειρήσωσί μοι. καὶ Ἰωάννης μὲν ἐδόκει γράφειν πρὸς πάσας τὰς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ πόλεις καὶ κώμας. εἷς γὰρ ἐν ἑκάστῃ πάντως ἔνα γοῦν καὶ δύτερον διάφορον ἐμοί, καὶ καλεῖν τούτους ὡς ἐπὶ πολέμιον. πέμπειν δὲ ἐκέλευεν τὰ δόγματα τοῦτο καὶ εἰς τὴν τῶν ἱεροσολυμιτῶν πόλιν, ἵνα κἀκεῖνοι γνόντες ὑπὸ τῶν Γαλιλαίων κεκρίθαι με πολέμιον, καὶ αὐτοὶ ψηφίσωνται. ἐλπιζόμενος δὲ τούτου καὶ τοῖς δυνατῶς ἔχοντάς μοι Γαλιλαίους ἐγκαταλείψειν ἔφη φοβηθέντας. ταῦτα συμβουλεύσαντος Ἰωάννου, σφόδρα καὶ τοῖς ἄλλοις ἤρεσε τὰ λεχθέντα. πρὸς δὲ ὥραν τὴν νυκτὸς ἑῴαν, εἰς γνῶσιν ἦκε μοι ταῦτα, σαχχαῖος τὴν σὺν αὐτοῖς τινος αὐτομολήσαντος πρός με, καὶ τὸν ἐπιχείρησιν αὐτῶν ἀπαγγείλαντος. ὃν ἔπι δὲ ἥδειν ἐφρόνθεσαν τὸν κατρόν. ἄξιον δὲ κρίνας ἰάκωβον ὁπλίτην τῶν πρὸς ἐμὲ πιστῶν, κελεύω διακοσίους ὁπλίτας λαβόντα φρουρεῖν τὰς ἀπὸ Γαβάρων εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἐξόδους, καὶ τοὺς παριόντας συλλαμβάνοντα πρὸς ἐμὲ πέμπειν, μάλιστα δὲ τοὺς μὴ γραμμάτων ἀλισκομένους. ἱερεμίαν δὲ καὶ αὐτὸν ἐκ τῶν φίλων μου μὴ ἑξακοσίων ὁπλιτῶν εἰς τὴν μεθόριον τῆς Γαλιλαίας ἔπεμψα, τὰς ἀπὸ ταύτης εἰς τὴν ἱεροσολυμιτῶν πόλιν ὁδοὺς παραφυλάξοντα, πρὸς ἄγμα δοὺς κἀκείνῳ τοὺς μετ' ὀπισθόλων ὁδεύοντας συλλαμβάνειν. τοὺς μὲν ἄνδρας ἐν δεσμοῖς ὅλῃ τόπου φυλάττειν, τὰ δὲ γράμματα πρὸς ἐμὲ διαπέμπειν. ταῦτα τοῖς πεμπομένοις ἐντειλάμενος, Γαλιλαίοις δηλονότι κελεύων εἰς τὴν ὀπίσω ἀναλαβόντας τὰ ὅπλα, τρισὶν ἡμέρων τροφὴν εἰς Γαβαρὼθ κώμην παραγενέσθαι πρός με. τῶν δὲ πρὸς ἐμὲ ὁπλιτῶν μέρος τέτταρας νείμας, τοὺς πρεσβύτους αὐτῶν πρὸς τὴν τοῦ σώματος φυλακὴν ἔταξα, ταξιάρχοις αὐτοῖς ὀπισήσας καὶ φροντίζειν κελεύσας, ὥστε μηδένα στρατιώτην ἄγνωστον αὐτοῖς συναναμίγνυσθαι. τῇ δὲ ὑπούσῃ πρὸς πέμπτην ὥραν ἐν Γαβαρὼθ γενόμενος εὑρίσκω πᾶν τὸ πεδίον τὸ πρὸ τῆς κώμης ὁπλιτῶν πλήρες, τῶν ἐκ τῆς Γαλιλαίας ὅλῃ τὴν συμμαχίαν παρόντων ὡς αὐτοῖς παρηγγέλκειν. πολὺς δὲ καὶ ἄλλος ἐκ τῆς κώμης ὄχλος συνέτρεχεν. ἐπεὶ δὲ καταστὰς εἰς αὐτοὺς λέγειν ἠρξάμην, ἐβόων ἅπαντες διεγείρειν καὶ σωτῆρα τῆς χώρας αὐτῶν καλοῦντες. κἀγὼ χάριν αὐτοῖς ἔχειν ὁμολογήσας συνεβούλευον πρὸς μηδένα μήτε πολεμεῖν μήτε ἁρπαγὴν λαμβάνειν τὰς χώρας, ἀλλὰ σιωπῶν καὶ τὸ πεδίον ἀκινήτους τοῖς ἑαυτῶν ἐφεδρίοις. θέλειν δὲ ἕφασκον τὰς τραχεῖς χωρὶς φόνων καταστῆναι. συνέβη δὲ αὐθημερὸν εἰς τὰς ὑπ' ἐμὲ καταστάθεισας τῶν ὁδῶν φυλακὰς τοὺς πρὸς τῷ Ἰωάθῃ πεμφθέντας μὴ τῶν ὀπισθόλων ἐμπεσεῖν. οἱ μὲν ἄνδρες ἐφυλάχθησαν ὅλῃ τῶν τόπων ὡς παρήγγειλα. τοῖς δὲ γράμμασιν ἐντυχὼν πλήρεσι βλασφημιῶν καὶ ψευσμάτων, οὐδενὶ ταῦτα φράσας, ὁρμᾶν ἐπ' αὐτοὺς διενοούμην. ἀκούσαντες δὲ οἱ περὶ τὸν Ἰωάθην περὶ τῆς ἐμῆς ἀφίξεως, τοῖς ἰδίοις πάντας ἀναλαβόντες τὸν Ἰωάνην, ὑπεχώρησαν εἰς τὴν Ἰησοῦ οἰκίαν· βάρις δὲ ἦν αὕτη μεγάλη καὶ οὐδὲν ἀκροπόλεως ὑποδεέστερα.

A ad quadragesimum stadium: scripsique eis in hunc modum. Si omnino vultis, vt ad vos veniam, quadringenti quatuor in Galilæa sunt vici partim, partim oppida. ad horum quemlibet veniam absque Gabaris & Gischalis. altera enim patria est Ioannis, altera socia & amica ciuitas. His literis receptis legati non rescripserunt amplius, sed aduocato amicorum concilio, & Ioanne quoque adhibito, consultabant quomodo me possent aggredi. censebat Ioannes scribendum esse ad singulos Galilææ vicos & oppida: esse enim in singulis vnum saltem, & alterum mihi infensum: eos pronocandos quasi contra hostem publicum. idem decretum mittendum Hierosolyma, vt & eius vrbis ciues cognito iudicatum me esse hostem à Galilæis, confirment eam sententiam suo suffragio: ita fore, vt præsenti Galilæorum fauore destituar. hoc consilium assensu cæterorum comprobatum est: móxque circa horam noctis tertiam ad me perlatum, renunciante Sacchæo transfuga. Quamobrem videns nou esse cunctandi tempus, Iacobum virum fidelem ac strenuum iubeo cum ducentis militibus obseruare vias ferentes à Gabaris in Galilæam, & viatores comprehensos ad me mittere, maximè apud quos reperiantur literæ. adhæc Hieremiam & ipsum ex amicorum meorum numero cum sexcentis militibus misi in fines Galilææ quà itur Hierosolyma, iussum latoresepistolarum intercipere, & ipsos quidem coniicere in vincula, literas verò ad me transmittere. His mandatis, edixi per nuncios Galilæis, vt in crastinum cum armis & trium dierum cibariis ad Gabara mihi præsto sint. eis verò quos circa me habebam militibus in quatuor partes diuisis fidissimos satellitum præfectos constitui, iussos neminem ignotum militem inter suos admittere. Postea verò die circa horam quintam veniens Gabara, inuenio ante oppidum totum campum plenum armatis, quos è Galilæa exciueram in auxilium, & præter hos magnam rusticani vulgi multitudinem. in quorum cœtu postquam concionaturus constitit, omnes acclamabant benefactorem appellantes me & seruatorem suæ patriæ. tum ego actis pro fauore gratiis, suasi eis, vt infestarent neminem, contentíque commeatu proprio è castris ad diripiendas villas non excurrerent. velle enim me omnem tumultum absque cæde componere. euenit autem, vt qua primum die custodes viarum disposui, tabellarij Ionathæ in eos inciderent: quibus ita, vt iusseram detentis in custodia, postquam perlegi literas legatorum plenas conuiciis & mendaciis, silentio dissimulans ire ad eos decreui. at illi audito meo aduẽtu, cũ omnibus suis & Ioanne receperunt se in Iesu domiciliũ: id erat turris magna, & nihil ab arce differens.

ibi abdita cohorte militum, & clausis absque vna ianuis, expectabant me ad salutandum se venturum ex itinere: iussis priùs militibus vt venientem me solum intromitterent exclusis cæteris. sic enim putabant me facilè posse in suam potestatem redigi: sed fefellit eos opinio: olfaciens enim insidias, quàm primùm eò perueni, ingressus è regione eorum situm diuersorium, dormire me finxi. legati verò credentes me verè sopitum quiescere, descentes in campum solicitabant multitudinem, vt me malè ducis officio fungentem deserent: sed contrà quàm sperabant accidit. ad primum enim eorum conspectum exortus est clamor Galilæorum, testantium qua me pro meritis complecterentur beneuolentia: incusabántque legatos quòd nulla lacessiti iniuria venissent ad turbandam tranquillitatem publicam, abire iubentes, eo quòd non admissuri essent præfectum alium. his mihi renunciatis non dubitaui in medium progredi. itaque properè descendi auditurus quid legati afferant. ibi procedenti mihi applausum est certatim ab omnibus, & acclamatum ab agentibus gratias pro rebus administratis optimè. his auditis Ionathas & cæteri extimuerunt ne salutis periculum adirent in cursu tantopere fauentis mihi populi, cogitabántque aufugere. sed quia non erat id eis liberum, me postulante, vt maneant, stabant mœsti vix rationis compotes. Igitur cohibitis turbæ acclamationibus, & fidissimis militum ad vias seruandas appositis, ne nos inopinos Ioannes inuaderet, iussísque in armis esse omnibus, ne quis repentinus hostium incursus terrorem eis incuteret, primùm literarum mentionem feci, quibus ad me scripserant, missos se à Hierosolymitanorum ciuitate, ad finiendas inter me & Ioannem controuersias, méque ad comparendum euocauerant: móxque ne inficiari possent, protuli ipsam epistolam. atqui, inquam, si contra Ioannis criminationes apud te Ionatha tuósque collegas reddenda esset mihi vitæ ratio, adductis pro me duobus tribúsve probis viris testibus, necesse fuisset approbatis testibus & examinatis testimoniis absolui me vestra sententia. nunc verò vt sciatis bene à me administratas res Galilææ, nolo tres testes probitatis adducere, sed hos omnes vobis exhibeo. ab his rationem vitæ meæ poscite, an cum omni honestate & iustitia eis præfuerim. Vósque viri Galilæi adiuro ne veritatem celetis, sed coram his tanquam iudicibus proferatis siquid à me peccatum est. nondum hæc verba finieram cùm vna omnium vox exoritur, benefactorem me suum & seruatorem appellantium: anteactáque omnia suo testimonio probantium, & vt in posterum mei similis esse pergerem rogantium. affirmabant etiam iurerando omnes, saluam esse per me vxorum suarum pudicitiam, & nullam sibi vnquam à me illatam molestiam. Post hæc duas Ionathæ epistolas à custodibus meis interceptas & ad me delatas,

A κρύψαντες οὐδὲ λόχον ὁπλιτῶν ἐν αὐτῇ, καὶ τὰς ἄλλας ἀποκλείσαντες θύρας, μίαν ἢ ἀνοίξαντες, προσιόντων ἥκειν ἐκ τῆς ὁδοῦ με πρὸς αὐτοὺς ἀσπασομένων. καὶ δὴ διδόασιν ἐντολὰς τοῖς ὁπλίταις, ἐπιφοιτᾶν παραγρήμα μόνον εἰσελθεῖν ἐᾶσαι τοὺς ἄλλους ἀπηρξαίτας. οὕτως γὰρ ὤοντό με γρηστεύσεσθαι ῥᾳδίως αὐτοῖς ὑποχείριον. ἐψεύσαντο δὲ τῆς ἐλπίδος· ἐγὼ γὰρ τὴν ἐπιβουλὴν προαισθόμενος ὡς ἐκ τῆς ὁδοῦ παρεγενόμην, καταλύσας αὐτίκα αὐτοῦ καθεύδειν ἐσκηπτόμην. καὶ οἱ περὶ τὸν Ἰωνάθην ὑπολαμβάνοντες ὄντως ἀναπαύεσθαί με καθυπνωμένον, ὥρμησαν καταβαίνοντες εἰς τὸ πεδίον μεταπεισθέντες αὐτοὺς ὡς ἐμοῦ κακῶς πρατηγοῦντος· τἀναντία δὲ αὐτοῖς συνέπεσεν. ὀφθέντων γὰρ εὐθὺς ἐγένετο βοὴ παρὰ τοῦ γαλιλαίων, πρὸς ἐμὲ τὸν πρατηγὸν εὐνοίας ἄξια, κατάμεμψίν τε ἐποιοῦντο τῶν περὶ τὸν Ἰωνάθην ὅτι παρόντων, οὐδὲν ἀδικοῦντος αὐτοὺ κακὸν προσεποιοῦντο, ἀναζεύξαντες δὲ τὰ ἐκείνων πράγματα, καὶ παρεκελεύοντο ἀπιέναι, μὴ γὰρ αὖ ποτε μεταπειθῶσι πρὸς αὐτὸν ἕτερον αὐτὸν ἐμοῦ λαβεῖν. τούτων ἀπαγγελθέντων μοι, προελθεῖν εἰς μέσους ἐκ ὠκνησα. κατέβαινον δὴ εὐθέως αὐτός, τί λέγουσιν οἱ περὶ τὸν Ἰωνάθην ἀκουσόμενος. προελθόντος δέ με κρότος παρὰ παντὸς τοῦ πλήθους εὐθὺς ἦν, καὶ μετ' εὐφημιῶν ὑπεβοήσεις χάριν ἔχειν ὁμολογούντων τῇ ἐμῇ πρατηγίᾳ. ταῦτα δὴ οἱ περὶ τὸν Ἰωνάθην ἀκούοντες, ἐφοβήθησαν μὴ καὶ κινδυνεύσουσιν ὑποθανεῖν ἐπ' αὐτοὺς ὁρμησάντων τῶν γαλιλαίων καὶ τῶν πρὸς ἐμὲ χάριν· δρασμὸν οὐδὲ ἐπενόουν. μὴ δυνηθέντες δὲ ἀπελθεῖν, προσμεῖναι γὰρ αὐτοὺς ἠξίουσα, κατηφεῖς ἐκρεμάμεθα τοῦ λόγου. πρὸς ἄξας οὖν τοῦ μὲν πλήθους τὰς εὐφημίας πάντας φεῖν, καὶ τῶν ὁπλιτῶν τοὺς πιστοτάτους τῶν ὁδοῦς ὑπεστήσας ἐπὶ τοῦ φρουρεῖν μὴ ἀπροσδόκητος ἡμῖν ὁ Ἰωάννης ὑπιπέσῃ, παραγγείσας δὲ τοῖς γαλιλαίοις ἀναλαβεῖν τὰ ὅπλα μὴ πρὸς τὴν ἔφοδον τοῦ πολεμίου, ἐὰν γένηταί τις αἰφνίδιος ταραχθῶσιν. πρῶτον τὸν ὑπηρετῶν τοὺς περὶ τὸν Ἰωνάθην ὑπεμίμνησκον, ὃν τρόπον γράψειαν ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς ἱεροσολυμιτῶν πεπέμφθαι, διαλύσοντές μου τὰς πρὸς τὸν Ἰωάννην φιλονεικίας, ὡς παρακαλέσαι με πρὸς αὐτοὺς ἀφικέσθαι. καὶ ταῦτα διεξιὼν, τὸν ὑπηρετῶν εἰς μέσους προὔτεινον, ἵνα μηδὲν ἀρνήσασθαι δυνηθῶσιν ἐλεγχόντων αὐτοὺς τῆς γραμμάτων. καὶ μὴν ἔφην Ἰωνάθη ὑμεῖς τε οἱ συμπρέσβεις, εἰ πρὸς Ἰωάννην κεινόμενος ἐπὶ τοῦ παρεστῶσαν τὸν ἐμαυτοῦ βίον δύο πινὰς ἢ τρεῖς μάρτυρας καλοὺς κἀγαθοὺς ἤγαγον, δῆλον ὡς ἀνάγκην εἶχεν προξετάσαντες καὶ τοὺς τούτων βίους ἀπαλλάξαι με τῆς ἐγκλημάτων· ἵν' οὖν γνῶτε καλῶς πεπρακχθαί μοι τὰ κατὰ τὴν Γαλιλαίαν, τρεῖς μὲν μάρτυρας ὀλίγους εἶναι νομίζω τοὺς καλῶς βεβιωκότας· τούτοις δὲ πάντας ὑμῖν δίδωμι. παρὰ τούτων οὖν πύθεσθε τινὰ τρόπον ἐβίωσα, εἰ μὴ πάσης σεμνότητος, καὶ πάσης δὲ τοῦ εὐθαδὲ πεπολίτευμαι. καὶ δὴ ὁρκίζω ὑμᾶς ὦ γαλιλαῖοι μηδὲν ὑπικρύψασθαι τὴν ἀλήθειαν, λέγειν δὲ ὑπὲρ τούτων ὡς δικαστῶν, εἴτι μὴ καλῶς πέπρακται. ταῦτ' ἔτι λέγοντός μου, κοινὴ παρὰ πάντων ἐγίνετο φωνὴ, καλούντων διεγείρειν με καὶ σωτῆρα. καὶ περὶ μὲν τοῦ

B πεπραγμένων ἐμαρτύρουν, φεύγειν δὲ τὴν πρακχθησομένων παρεκάλουν. πάντες δὲ ὤμνυον ἀνυβρίστους μὲν ἔχειν τὰς γυναῖκας, λελυπεῖσθαι δὲ μηδὲν ποτε μηδὲν ὑπ' ἐμοῦ. μετὰ τοῦτο δύο τῆς ὑπηρετῶν, ἃς οἱ κατασταθέντες ὑπ' ἐμοῦ φρουροὶ πεμφθείσας ὑπὸ τοῦ περὶ τὸν Ἰωνάθην ἑλόντες, ἀπεστάλκεισαν πρὸς ἐμὲ,

πρα-

παρανεγίνωσκον τοῖς γαλιλαίοις πολλῶν βλασφημιῶν πλήρεις, καὶ καταψευδομένας, ὅτι τυραννίδι μᾶλλον ἢ στρατηγίᾳ χρῶμαι κατ' αὐτῶν, ἕτερά τε πολλὰ πρὸς τούτοις ἐνεγέγραπτο μηδὲν παραλείποντων αἰσχύντου ψευδολογίας. ἔφην δὴ ἐγὼ πρὸς τὸ πλῆθος τὰ γράμματα λαβεῖν δόντων ἑκουσίως τῶν κομιζόντων· ἐγὼ γὰρ ἐβουλόμην αὐτοὺς τὰ περὶ τὰς φρουρὰς τοῖς ἐναντίοις εἰδέναι, μὴ δόξαντες τὴν γράφειν ὅπως ὦσιν. ταῦτα ἀκούσας τὸ πλῆθος παρῳξυνθὲν ὁμοῦ τὴν ἰωνάθου ὥρμα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ συμπαρῴνας, ὡς διαφερεῖν τε. κἂν ἐπεπράχεισαν τὸ ἔργον, εἰ μὴ τοῖς μὲ γαλιλαίοις ἔπαυσα τὴν ὀργῆς. τοῖς περὶ τὴν ἰωνάθου δὴ ἔφην συγγνώσκειν τὴν ἤδη πεπραγμένων, εἰ μέλλοιεν μετανοήσειν, καὶ πορευθέντες εἰς τὴν παρίδα λέγοιεν τοῖς πέμψασι τὰληθῆ περὶ τῶν ἐμοὶ πεπολιτευμένων. ταῦτ' εἰπὼν, ἀπέλυον αὐτοὺς, καίτοι γινώσκων ὅτι μηδὲν ὧν ὑπέχοντο ποιήσουσιν. τὸ πλῆθος ἐς ὀργὴν ἐξεκαίετο κατ' αὐτῶν, κἀμὲ παρεκάλουν ὁμοῦ πείθειν αὐτοῖς τιμωρήσασθαι τοῖς τοιαῦτα τολμήσαντας. παντοῖος μὲ ἀνῴ ἐγνῴμην πείθων αὐτοὺς φεύσασθαι τῶν ἀνδρῶν. πᾶσαν γὰρ ἤδειν σάσιν ὀλέθριον οὖσαν τῷ κοινῷ συμφέρουσαν. τὸ δὲ πλῆθος ἔχειν τινὰ κατ' αὐτῶν ὀργὴν ἀμετάβλητον, καὶ πάντες ὥρμησαν ὁμοῦ τινὰ οἰκίαν εἰς ἣ κατέλυον οἱ περὶ τὸν ἰωνάθου. ἐγὼ δὲ πυνθανόμενος τὴν ὁρμὴν οὖσαν αὐτῶν ἀνεπίσχετον, ἀναπηδήσας ἐφ' ἵππον, ἐκέλευσα τοῖς πλήθεσι πρὸς συμμάχους κώμας ἐπεσθαι ἀράβων ἀπέχουσαν εἴκοσι σάδια, καὶ τούτῳ στρατηγήματι χρησάμενος παρέχον ἐμαυτῷ τὸ μὴ δοκεῖν ἐμφυλίου πολέμου κατάρχειν. ἐπεὶ δὲ περὶ συμμαχίας ἐνόμιζον, δόξης ἕνεκα τὸ πλῆθος καὶ παραινέσει χρησάμενος περὶ τοῦ μὴ πρὸς τὰς ὀργὰς καὶ τὰς ἐπιπόνους τιμωρίας ὀξέως φέρεσθαι, κελεύω τοὺς κατ' ἡλικίαν ἤδη πεπρεσβευκότας καὶ φρόνιμοι παρ' αὐτοῖς ἑκατὸν ἄνδρας ὡς πορευομένους εἰς τὴν ἱεροσολυμιτῶν πόλιν δυτρεπίζεσθαι, μέμψιν ποιησομένους ὅτι τοῦ δήμου τῶν τῆς χώρας διασασιαζόντων. καὶ αὖ ὁπικλαθῶσιν ἔφην πρὸς τοὺς λόγους ὑμῶν, παρακαλέσατε τὸ κοινὸν γράψαι πρὸς ἐμὲ, μνῆσαι κελεύοντας ὅτι τῇ γαλιλαίᾳ, τοῖς δὲ περὶ τὸν ἰωνάθου ἀναχωρεῖν ἐκεῖθεν. ταύτας αὐτοῖς τὰς ὑποθήκας δοὺς, συναρμοσαμένων τε ταχέως ἐκείνων, ἡμέρᾳ ἑβδόμῃ μὲν τὴν ἐκκλησίαν τὴν ὅπως ὀλίγον ἐποιησάμην, συμπέμψας ὁπλίτας πεντακοσίους. ἔγραψα δὲ καὶ τοῖς ἐν σαμαρείᾳ φίλοις προνοήσασθαι τοῦ ἀσφαλῆ γενέσθαι τὴν πορείαν αὐτοῖς. ἤδη γὰρ ὑπὸ ῥωμαίοις ἦν ἡ σαμάρεια. καὶ πάντως ἔδει τοὺς ταχὺ βουλομένους ἀπελθεῖν δι' ἐκείνης πορεύεσθαι. τρισὶ γὰρ ἡμέραις ὑπὸ γαλιλαίας ἔνεστιν ἔτως εἰς ἱεροσόλυμα καταλύσαι. συμπαρέπεμψα δὲ τοὺς πρέσβεις κἀγὼ μέχρι τῆς γαλιλαίας ὁρῶν φυλακὰς ὁπλισάσας ταῖς ὁδοῖς, ἵνα μὴ ῥαδίως τινὰ μαθεῖν ἀπαλλαττομένους. καὶ ταῦτα πράξας ἐν ἰάφοις τινὰ διαξιβλῶ ἐποιούμην. οἱ δὲ περὶ τὸν ἰωνάθου διαμαρτάνοντες τῆς κατ' ἐμοῦ πράξεως ἰωνάθου ἀπέλυσαν εἰς τὰ γίχαλα· αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν τιβεριέων πόλιν πεπόρευντο λήψεσθαι προσδοκῶντες αὐτῶν ὑποχείριον, ἐπειδὴ καὶ ἰησοῦς ὁ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐκείνων ἄρχων ἐγεγράφει πρὸς αὐτοὺς, πείσειν ἀπαγγέλλομενος τὸ πλῆθος ἐλθόντας ὑποδέχεσθαι, καὶ αὐτοῖς ἐλέσθαι πρόσοδον. ἐκεῖνοι μὴν ὅτι τοιαύταις ἐλπίσιν ἀπῆλθον. ἀπαγγέλλει δέ μοι ταῦτα σίλας διὰ γραμμάτων, ὃν ἔφην τῆς τιβεριάδος ὁπομελητῶν καταλελοιπέναι, καὶ ἀποδοῦναι ἥξιον. κἀγὼ ταχέως ὑπακούσας αὐτῷ παρῃνούμενος, εἰς κίνδυνον ἀπωλείας κατέστην ἐξ αἰτίας τοιαύτης·

audientibus multis Galilæis legi maledictis refertissimas, méque falso insimulantes quòd tyrannum veriùs quàm ducem agerem. multáque alia continentes per summam ficta impudentiam. has literas dicebam mihi vltro oblatas à tabellariis, nolens aduersarios scire de custodiis, ne absterrerentur à mittendis posthac literis. at concio commota in Ionatham atque collegas quasi interfectura irruit: & patrarum fuisset facinus, nisi furentes à me fuissent cohibiti. legatis verò pollicitus sum errati veniam, si resipiscerent & in patriam reuersi vera de administratione mea referrent. his dictis eos dimisi, quamuis scirem non facturos pollicita. populus autem efferebatur in eos, rogans, vt pœnas sumere de illis sinerem. itaque omnibus mihi vtendum fuit artibus quo eos eriperem, quòd scirem omnem seditionem perniciosam esse reipub. multitudo porrò perstabat in iracundia, vnóque impetu omnes ruebant ad Ionathæ diuersorium. ego verò videns eos non posse retineri ampliùs, conscenso eque edixi, vt sequerentur me ad Soganam vicum Arabum, distantem inde viginti stadiis. atque hoc stratagemate caui ne viderer ciuilis belli fecisse principium. postquam autem ventum est prope Soganam, iussi agmen sistere: monitísque ne essent ad iniquam iram tam præcipites, centum ætate ac dignitate præstantes deligo, qui se parent profecturi Hierosolyma, & accusaturi apud eum populum autores seditionum & turbatores suæ reipublicæ. Mandaui præterea, vt si possent populum oratione sua flectere, impetrarent publicas literas, quibus mihi confirmaretur præfectura Galilææ, & Ioannes iuberetur inde discedere. Cum his mandatis celeriter expeditos tertia die post concionem dimisi, additis, qui eos deducerent quingentis militibus. Samariam quoque amicis scripsi, darent operam, vt legati per eorum agrum iter tutò faciant: iam enim ea vrbs Romanis erat subdita: & illàc necessariò fuit eundum properantibus & sequentibus viarum compendia: vt tertia die peruenirent Hierosolyma. quin & ipse eos deduxi vsque Galilææ confinia, appositis per vias custodibus, vt non facilè quiuis discessum legatorum cognosceret. quo facto aliquantisper apud Iapha moratus sum. Ionathas autem & collegæ suo conatu frustrati remiserunt Ioannem Gischala: ipsi deinde profecti sunt Tiberiadem, sperantes eam in suam potestatem venturam, quandoquidem Iesus tunc magistratum ibi gerens per literas erat pollicitus, persuasurum se populo, vt ad eos deficiat: illi igitur cum hac spe iter ingressi sunt. mihi autem rem totam Sila per nuncium significat, relictus ibi, vt dixi, vicarius, redire me quàm primùm postulans. cuius monitu reuersus propere, in salutis discrimẽ talẽ ob causã incidi.

Ionathas & socij Tiberiade multos aduersæ mihi factionis ciuium ad defectionis consilia pertraxerant, quare aduentu meo territi, confestim ad me venerunt: ac primum mactum animi dicentes, gratulabantur mihi præsentem honorum partum ex optima administratione Galilææ: eam enim gloriam in se quoque redundare, quorum & ciuis essem & discipulus. deinde meam quàm Ioannis amicitiam se malle professi, iubebant, vt me domum conferrem, promittentes effecturos se mox, vt ille in manus meas peruenìat: atque hæc religiosissimo apud nos sacramento confirmarunt, cui nefas putarem non credere. post hæc rogauerunt, vt aliò secederem, quòd instaret sabbatum. nolle enim se aliquid tumultus excitare in Tiberiensium populo. tum ego nihil suspicatus iui Taricheas, relictis nihilominus in ciuitate, qui curiosè obseruarent sermones de me hominum. per totam etiam viam ferentem à Taricheis Tiberiadem certos disposui, qui à relictis in ciuitate cognita & quasi per manus tradita, ad me deferrent. Sequente igitur die populus conuenit in proseucham quam vocant, precationis domum amplam & capacem tantæ multitudinis: quò postquam venit & Ionathas, non ausus apertè defectionis mentionem facere, dixit opus habere ciuitatem præfectis melioribus. At Iesus summus magistratus nihil dissimulans, præstat, inquit, ô ciues, obedire nos quatuor viris quàm vni, præsertim illustri ortis genere, & prudentiæ nomine celebribus, simul ostendens cum suis collegis Ionatham. hæc verba mox Iustus collaudans pertraxit ciuium quosdam in suam sententiam. Plebs autem non assentiebat horum orationibus, & dubio procul exorta fuisset seditio, nisi concionem soluisset sexta hora superueniens, quæ nostros ad prandium vocare solet sabbatis. ita legati consultatione dilata in diem posterum, abierunt infecto negocio. quibus confestim mihi renunciatis, decreui mane venire Tiberiadem: cúmque illuxisset diei sequentis initium, & Taricheisè veniens offendi congregatum iam in proseucha populum, nondum satis scientem ad quid conuenerit. Tum legati præter expectationem me viso valde sunt territi. Tandem in mentem eis venit rumorem spargere, visos esse Romanorum equites in finibus eius agri ad locum qui Homonœa dicitur: quo data opera crebrescente: iidem ipsi autores eius vociferabantur, non permittendos hostes ita impune popularì agrum in cōspectu omnium. quod ideo faciebant, vt me digresso ad ferendas colonis suppetias, ipsi interim vrbem occuparent alienatis à me animis ciuium. At ego licet scirē ipsorum propositum, feci tamen quod voluerunt, ne viderer contemnere Tiberiensium pericula. progressus igitur ad dictum locum postquam ne vestigium quidem vidi hostiū, reuersus itinere properato offendi cōuenisse vnà senatū simul & populū, & legatos apud cōcionem prolixa accusatione in me inuehi, quòd neglecta belli cura propriis tātū indulgerē voluptatibus.

A οἱ περὶ ἰωνάθλιν ἠθροίσθησαν ὡδε τοῖς τιβεριεῦσι, καὶ πολλὰς πείσαντες ὅπος ἐῶσι με δίκαιος ὄντας, ὡς ἥκουσι τὴν ἐμὴν παρουσίαν, δείσαντες περὶ αὐτῶν ἦκον πρὸς ἐμὲ, καὶ ἀσπασάμενοι, μακαρίζειν ἔλεγον οὕτως περὶ τὴν γαλιλαίαν ἀναστραφέντα, συμπεσεῖσθαί τε δίκαιον τιμῆς ἀγομένῳ. κόσμον γὰρ ἑαυτῶν εἶναι τὴν ἐμὴν δόξαν ἔφασαν, ὡς αὐ διδασκάλου τ' ἐμοῦ γενομένων καὶ πολίτου, δικαιοτέραν τε τὴν ἰωάννου τὴν ἐμὴν πρὸς αὐτοὺς φιλίαν ὑπάρχειν ἔλεγον, καὶ ἀποδίδοναι με εἰς τὴν οἰκείαν ἀπελθεῖν, πρεμένειν δ' ὡς ὑποχείριον τὴν ἰωάννου ἐμοὶ ποιήσουσιν. καὶ ταῦτα λέγοντες ἐπώμοσαν τοὺς φρικωδεστάτους ὅρκους παρ' ἡμῖν, δι' οὓς ἀπιστεῖν οὐ θεμιτὸν ἡγούμην. καὶ δὴ ὡδε παρακαλοῦσι με τὴν κατάλυσιν ἀλλαχοῦ ποιήσασθαι, διὰ τὸ τὴν ὑπεῖσαν ἡμέραν εἶναι σάββατον, ὀχλεῖσθαι δὲ μὴ δεῖν ὑπ' αὐτῶν τὴν πόλιν τῶν τιβεριέων ἔφασκον. κἀγὼ μηδὲν ὑποτοπήσας, εἰς τὰς τοιχείας ἀπῆλθον, καταλιπὼν ὅμως ἐν τῇ πόλει τοὺς πολυφραξμονήσοντας, ἔτι περὶ ἐμοῦ λέγοντο. διὰ πάσης δὲ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀπὸ τοιχέων εἰς τιβεριάδα φερούσης, ἐπίστευσα πολλοὶ ἵνα μοι δὲ ἀλλήλων σημαίνωσιν, ἅπερ αὐ ὡδε τοῦ ἐν τῇ πόλει καταλειφθέντων πυνθάνωνται. κατὰ τὴν ὑπεῖσαν οὖν ἡμέραν συνάγονται πάντες εἰς τὴν προσευχὴν, μέγιστον οἴκημα πολλῶν ὄχλον δεξάσθαι δυνάμενον, εἰσελθὼν δὲ ὁ ἰωνάθης, φανερῶς μὲν περὶ τῆς ἀπόστασεως οὐκ ἐτόλμα λέγειν· ἔφη δὲ στρατηγὸν κρείττονος χρείαν τὴν πόλιν αὐτῶν ἔχειν. ἰησοῦς δὲ ἄρχων οὐδὲν ὑποστειλάμενος ἀναφανδὸν εἶπεν. ἄμεινόν ἐστιν ὦ πολῖται τέσσαρσιν ἡμᾶς ἀνδράσιν ὑπακούειν ἢ ἑνὶ, καὶ καὶ γένος λαμπροῖς, καὶ καὶ συνέσει οὐκ ἀδόξοις, ὑπεδείκνυε δὲ τοὺς περὶ ἰωνάθλιν. ταῦτ' εἰπόντα τὸν ἰησοῦν, ἐπῄνει παρελθὼν ἰοῦστος, καί τινας ἐκ τοῦ δήμου συνέπεισεν. οὐκ ἠρέσκετο δὲ τοῖς λεχθεῖσιν τὸ πλῆθος, καὶ πάντως ἂν εἰς στάσιν ἐχώρησαν, εἰ μὴ τὴν συνόδον διέλυσεν ἐπελθοῦσα ἕκτη ὥρα, καθ' ἣν τοῖς σάββασιν ἀριστοποιεῖσθαι νόμιμον ἐστὶν ἡμῖν. καὶ οἱ περὶ τὸν ἰωνάθλιν εἰς τὴν ὑπεῖσαν ἀφθέγμενοι τὴν βουλὴν, ἀπῆσαν ἄπρακτοι. δόξαν δέ μοι τούτων ἀπαγγελθέντων πρωὶ διέγειν εἰς τὴν τιβεριέων πόλιν ἀφικέσθαι καὶ τῇ ὑπεούσῃ περὶ τὴν ὥραν ἧκον ἀπὸ τῆς τοιχέων, καταλαμβάνω δὲ συνηγμένον ἤδη τὸ πλῆθος εἰς τὴν προσευχήν. ἐφ' ὅτι δὲ ἦν αὐτοῖς σύνοδος, οὐκ ἐγίνωσκον οἱ συλλεγόμενοι. οἱ δὲ περὶ τὸν ἰωνάθλιν ἀπροσδοκήτως θεασάμενοί με παρόντα διετάραχθησαν. εἶτ' ὑπονοῦσιν δεῖσθαι λόγον, ὅτι ῥωμαϊκοὶ ἱππεῖς ἐν τῇ μεθορείῳ πόρρω χιάκοντα σταδίων ἀπὸ τῆς πόλεως κατὰ τόπον λεγόμενον ὁμόνοιαν εἰσὶν ἐωραμένοι. ἐπὶ προσαγγελθέντων τούτων δὲ ὑποβολῆς παρεκάλουν οἱ περὶ τὸν ἰωνάθλιν μὴ προεῖδεν ὑπὸ τῶν πολεμίων λεηλατουμένου αὐτῶν τὴν γῆν. ταῦτα δὲ ἔλεγον δὲ ἐννοίας ἔχοντες ἐμὲ προφάσει τῆς κατασκευάσης βοηθείας μεταστήσαντες αὐτοὶ τὴν πόλιν ἔχθραν μοι καταστήσασθαι. ἐγὼ δὲ καίπερ εἰδὼς αὐτῶν τὸ ἐνθύμημα ὅμως ὑπέκυσα μὴ δόξαι ὡδε ἄχθεσθαι τοῖς τιβεριεῦσιν ἐφρονοῦμενος αὐτῶν τῆς ἀσφαλείας. ἐξῆλθον οὖν, καὶ ἠθρόμενος κατὰ τὸν τόπον ὡς εἶδον ἴχνος πολεμίων εὗρον, ὑποστρέφω συντόνως ὁδεύσας· καὶ καταλαμ-

B

C

D

E

F

G

βάνω τὸν τε βουλὴν πᾶσαν συνεληλυθυῖαν καὶ τὸν δημοτικὸν ὄχλον, ποιουμένους τε πολλὴν κατηγορίαν μοι τοῖς περὶ τὸν ἰωνάθλιν, ὡς τοῦ μὴ τὸν πόλεμον ἐπελαφρύνειν αὐτοῖς ἀμελοῦντος, ἐν ξυφᾶς δὲ λέγοντος.

ταῦτα δὴ λέγοντες προφέρειν δπισολὰς τέσσαρας, ὡς
ἀπὸ τῶν ἐν τῇ μεθορίᾳ τῆς γαλιλαίας γεγραμμένας
πρὸς αὐτοὺς δπιβοήθειαν ἥκειν δεομένων· ῥω-
μαίων δὲ δύναμιν μέλλειν ἱππέων τε καὶ πεζῶν εἰς ξύ-
πνον ἡμέραν τὴν χώραν αὐτῶν λεηλατεῖν, δπωσοῦν τε
καὶ μὴ προφθάσωσιν δεομένων. ταῦτ' ἀκούσαντες οἱ πθε-
νεῖς λέγειν ἀληθῆ δόξαντες αὐτὸς καταβοήσεις ἐ-
ποιοῦντο, μὴ καθέζεσθαί με δεῖν λέγοντες, ἀλλ' ἀπελ-
θεῖν δπικουρήσοντα τοῖς ὁμοεθνέσιν αὐτῶν. πρὸς ταῦτ' εἶπον,
σωφρονῶ δὲ τὴν δπόνοιαν τῶν πρὸς τὸν ἰωνάθην, ὑπακούσαιμι
δὲ ἕνα ἑτοίμως καὶ χωρὶς ἀναβολῆς ὁρμήσειν πρὸς
τὸν πόλεμον ἐπὶ γειλάμιν. συνεβούλευον δ' ὅμως καὶ
ἐπεὶ γράμματα καὶ πόσσαρας τόπους ῥωμαίους σημαί-
νει προσβαλεῖν, εἰς πέντε μοίρας διελόντας τὴν δύναμιν
ἑκάστῃ τάττειν δπισῆσαι τοῖς πρὸς τὴν ἰωνάθην καὶ
τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ. πρέπειν δὲ ἀνδράσιν ἀγαθοῖς μὴ
μόνον συμβουλεύειν, ἀλλὰ καὶ χρείας ἐπιγινομένης κοινω-
νοῦντας βοηθεῖν. ἐγὼ δὲ πολὺ μιᾶς μοίρας οὐκ ἔφην ἀ-
φηγεῖσθαι δυνατὸς εἶν. σφόδρα τοῦ πλήθους συμπρεσβεύ-
ειν τὴν μὴ συμβουλίαν. κἀκείνους οὐδὲν ἠνάγκαζον δπὲρ τὸν πό-
λεμον ἐξιέναι. τοῖς δὲ ἀκὶ μεξίως συνεχύθησαν αἱ γνώ-
μαι, μὴ κατεργασαμένοις ἃ διενοήθησαν, ἐμοῦ τοῖς δπο-
χειρήμασιν αὐτῶν ἀναστρατηγήσαντος. εἷς δέ τις ἐξ αὐτῶν
ἀναγκαίας τύχοιμι, πονηρὸς ἀνὴρ καὶ κακοῦργος, εἰσηγεῖτο
τοῖς πλήθεσι παραδημεῖν τὴν εἰρήνην εἰς τὸν δπνοῦσαν τοῦ
θεοῦ προθέσθαι, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν ὥραν ἐκέλευον
εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ἀόπλους παρεῖναι, τοῦ θεοῦ φανερὸν
ποιήσοντας, ὅτι μὴ παρ' ἐκείνου τυγχάνοντες βοη-
θείας, παν ὅπλον ἄχρηστον εἶν νομίζουσιν. ταῦτα δὴ
ἔλεγον οὐ δι' δυσέβειαν, ἀλλ' ἵνα τὸ λαβεῖν ἀόπλοι
με καὶ τοὺς ἐμούς. κἀγὼ δὲ ἀνάγκην ὑπήκοον, μὴ
δόξω καταφρονεῖν τῆς περὶ τὸν δυσέβειαν ὑποθή-
κης. ὡς οὖν ἀνεχωρήσαμεν δὴ τὰ ἐν αὐτοῖς, οἱ μὲν περὶ
τὸν ἰωνάθην γράφουσι τοῦ ἰωάννου, πρὸς αὐτὸν ἑω-
θεν ἀφικέσθαι κελεύοντες μεθ' ὅσων αὐ σφαπωτῶν
δυνηθῇ. λήψεσθαι δὲ οὐ μὴ ὑποχείριον, καὶ ποιή-
σειν ὅπερ ἔχοι δι' δυχῆς. διεξέμενος δὲ τὸν δπισο-
λὸν ἐκεῖνος, ὑπακούειν ἔμελλεν. ἐγὼ δὴ τῆς δπνούσης
ἡμέρας δύο τοῦ περὶ ἐμὲ σωματοφυλάκων τοὺς κατ'
ἀνδρείαν δοκιμωτάτους καὶ κατὰ πίστιν βεβαίους κε-
κλεῖω ξιφίδια κρύψαντας ὑπὸ τὰς ἐσθῆτας, ἐμοὶ
συμπροελθεῖν, ἵν' εἰ γένοιτο τοῦ ἐχθρῶν δπόθεσις ἀμυνώμεθα.
θώρακα δὲ ἐλαβον αὐτὸς, καὶ μάχαιραν ὑπεζωσάμην ὡς οἷον τοῦ ἀφανίσαι, καὶ
ἦλθον εἰν τὸν προσευχόν. τοὺς μὲν οὖν σὺν ἐμοὶ
πάντας σκεύεσιν προστάξειν ἰησοῦς ὁ ἄρχων, αὐτὸς
δὲ ταῖς θύραις ἐφεστήκει μόνον ἵν μὴ τοῦ φίλων εἰσελ-
θεῖν εἴασεν. ἤδη δὲ ἡμῖν τὰ νόμιμα προεκόπτον, καὶ εἰς
προσευχὰς ἐκαλοῦμεν κἀκεῖ ὁ ἰησοῦς, περὶ τοῦ λη-
φθέντων σκῦλα ἐμπορησόμενος δ βασιλικῆς σκεύων ἀσή-
μου ἀργυροῦ ἐπεπυθάνετο με τίνι τυγχάνει κείμενα. ταῦ-
τα δὴ ἔλεγον διαξιβίβῃ τὸν χρόνον βουλόμενος, ἕως αὐ
ὁ ἰωάννης παραγένηται. κἀγὼ πάντα καπελλαὶ ἔχειν
ἔφην, καὶ τοὺς δέκα πρώτους πθεσβύτας, ἀνακρῖναι δὴ αὐτοὺς ἔφην εἰ ψεύδομαι. τοῦ δὲ παρ' ἑαυτοῖς εἶν λε-
γόντων. οἱ δὴ εἴκοσιν εἶπεν χρυσοῦ, ὃς ἔλαβες πωλήσας πινὰ σαθμὸν ἀσήμου τὸν γενόμενον; καὶ τούτους ἔφην
δεδωκέναι πρίσθεσιν αὐτῶν ἐφόδιον πεμφθεῖσιν εἰς ἱεροσόλυμα. πρὸς ταῦτα, οἱ μὲν περὶ τὸν ἰωνάθην, ὡ κα-
λῶς ἔφασαν πεποιηκέναι με δόντα τοῖς πρέσβεσι τὸν μισθὸν ἐκ τοῦ κοινοῦ. παροξυνθέντος δὲ τοῦ πλήθους δὴ
τούτοις, ἐποίησαν δὲ τὸν ἀνθρώπων τὴν πονηρίαν, συνεὶς ἐγὼ σφᾶς μέλλουσιν ἐξαπατᾶν, καὶ προστρεψάμενος,

A His dictis proferebant quatuor epistolas, quasi scriptas ad se à Galilæis extremos eius regionis fines tuentibus, & implorantibus suum auxilium. His auditis Tiberienses credulí clamare cœperunt non desidendum esse vlterius, sed ferendam opem tribulibus in tanto periculo. ego contra legatorum fucum intelligens, aio me sine mora iturum quò belli vocet necessitas: sed quia è diuersis quatuor locis literæ venerint, Romanorum incursiones nunciantes, oportere in totidem partes diuisis copiis, singulos legatorum præfici singulis. decere enim viros fortes non consilio tolùm rem laborantem iuuare, sed ductu etiam suo & auxilio. me enim non posse nisi vnam exercitus partem ducere. Placuerunt hæc multitudini móxque cogebat & ipsos exire ad obeunda ducum munia. at illi vehementer animo turbati sunt, conatu suo frustrato per machinationes à me oppositas. Ibi vnus eorum Ananias nomine, vir malus & maleficus, suadet indici publicum ieiunium in diem posterum, vtque ad eandem horam omnes in eundem locum inermes conueniant, nimirum agnoscentes sine diuina ope nihil agi armis hominum. hæc autem non pietatis ergò dicebat, sed vt me exarmaret vnà cum meis militibus. tum ego quoque obediui necessariò, ne videret piam admonitionem contemnere. Itaque digressis domum omnibus Ionathas & collegæ scribunt Ioanni, vt ad se mane veniat quanto possit comitatu militum. facilè enim me in potestatem suam redacto voti fore compotem. ille acceptis literis libenter paruit. Postera die satellitum duos fortissimos ac fidissimos iubeo celatis sub veste breuibus gladiis mecum prodire in publicum, vt nos possemus defendere contra inimicorum si qua existeret iniuriam: ipse quoque thorace indutus & accinctus gladio quàm occulissimè in Proseucham ad precandum conueni. Iesus autem me cum amicis ingresso, astans foribus reliquorum ex meis admitti permisit neminem. Iámque nobis ritu patrio precationes incœptantibus, exurgens Iesus ex me quærit de suppellictili incentiæ regiæ, rudique argento, apud quem sint hæc deposita, quorum ideo tum mentionem faciebat, vt tempus in Ioannis aduentum tereret. Respondi Capellam habere omnia, & decem illos Tiberiensium ciues primarios: iussique vt ex ipsis scisciterentur an vera loquerer. Quibus habere se fatentibus, Quid, inquit, illi viginti aurei, quos argenti rudis certo pondere vendito recepisti, in quem vsum à te conuersi sunt? Et hos, inquam, dedi in viaticum legatis missis Hierosolyma. ad hæc Ionathas & collegæ responderunt, non rectè factum quod legatis ex publica pecunia mercedem soluerim. Plebe autem commota ob euidentem hominum maliciam, cum intelligerem nō procul à seditione rem abesse, volens

